

Fragment of text on a dark background, possibly a book cover or endpaper. The text is faint and partially obscured by a tear in the paper. Legible words include "LIBRO" and "DE".



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDO.SAL.ES

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
Sala Est. Tab. Núm.

2
5
2

1302.



I
00035

2
9
2

[Faint handwritten scribbles]

b18386568 (1)
b18387226 (2)
b18387883 (3)
b18387755 (4)



Summule Petri Hispani
nunc recenter correcte:
ac bone solideqz logice
documētis illustrate:
septemqz libellis di
stincte: cū precla
rissimo com
menta

[Handwritten signature]
rio. *[Handwritten signature]*
A. G. R. S.
AD. D. xxxvij.

Primus libellus summularum de pro

positionibus habet capita duodecim.

Caput primum: de nomine.

Caput secundum: de verbo.

Caput tertium: de oratione.

Caput quartum: de propositione quantum ad essentialia eius: definitionem et diuisionem.

Caput quintum: de oppositionibus propositionum de inesse.

Caput sextum: de equipolentijs et conuersionibus earundem.

Caput septimum: de modo et de propositione modali quantum ad eius essentialia.

Caput octauum: de oppositionibus modalium diuisarum.

Caput nonum: de equipollentijs modalium diuisarum.

Caput decimum: de conuersionibus modalium diuisarum.

Caput undecimum: de modalibus compositis quantum ad omnia ad eas pertinentia.

Caput duodecimum: de propositionibus hypotheticis et de earum speciebus.

Petrus Ciruelus

Barocensis in opusculum Summularum nuper ab eo climatum correctum atque bone ac munde logice documentis illustratum: prefatione dirigat ad nouellos in ea disciplina tiruculos: quibus et salutem optat et vberem fructum in logica disciplina.

Medio eruas laudat.



Edicritatem in vniuersis rebus humanis esse mortalibus obseruandam: atque subinde extremitates excessus et defectus summa diligentia cultandas: candidissimi adolecentes: tota sapientum: sive philosophorum: sive theologorum schola proclamant. Et ut ceteris nunc emittamus: peripateticorum omnium princeps Aristoteles. hanc veritatem in rebus agendis copiosa inductione declarauit in secundo suorum Ethicorum libro: ubi mediocritatem appellauit virtutem: excessum autem et defectum vitia contraria virtuti. Accurunt et in hanc sententiam post Aristotelem Tullius: Seneca: Macrobius: Apulei: et alij omnes tam greci quam latini. Consonat eis Esaias dicens. Nec est via recta ambulare in ea: non declinetis ad dextram neque ad sinistram. Sed et in speculatiuis autorum scientijs hoc idem videre licet passim et vbiq. nam in eis alij alios in libris edendis arguit de nimia prolixitate: alios de nimia breuitate. vtpote quia in eis mediocritatem non tenuerunt: sed ab ea ad extremitates declinauerunt. Nec tamen medicitas in scientijs sicut et in moribus: non eodem modo est in omnibus expectanda: nam quod in vna scientia satis est: in alia esse nimium in alia parum: medicitas ergo secundum materiam subiectam est pensanda et recta ratione determinanda. videlicet ut eo usque procedatur vniuersumque libri scriptura: quousque res de qua agitur fuerit sufficienter declarata. et non ultra procedat: neque citra persistat. Verum numero horum recessuum a medio in libris edendis: deterius apparet ceteris doctis excessus prolixitas: quam nimis confusa breuitas. Nam hec ingenia discipulorum exerceat: et preceptoris opera explicatur. instar eorum: qui thesaurum absconditum effodiunt inquirunt. Illa vero tam lectori quam auditori sit onerosa: fastidiumque affert plurimum. Et quantum hoc vitium in omnibus doctis sit summe cultandam: in sermonealibus tamen disciplinis (que ad superiores scientias subleuando introducunt) est quam maxime exprobandum: quod enim non propter se geritur: sed ad aliud ordinatur. methodus. i. via breuis esse debet: quantum modo de id fieri possit: et citius percurrenda: quatenus in eius termino diutius immorari liceat: aut enim Aristoteles quod appetitus medicus: ut medicus: certum terminum habet. sed appetitus finis: ut sanitatis: est infinitus. Ergo verum sapientes vtile consilium omnibus scholasticis hec esse sententia: ut et sermonealibus disciplinis: necessario quodam sumpto viatico: id est methodo et eruditione accepta. quam citissime potuerint

Excessus vituperat.

ad superiores atque nobiliores erudent scientias. non prolixior in his infimis occupatio: esse inanis breuitatemque iactura: atque vere nobilitatis animi detrimentum. perinde ac si vir ingenius ad pulcherrime ditissimeque ipse vocatus conuictum: renuerit: et in fine ignobilis ancille detinetur amens. Inter sermoneales vero disciplinas: que in domo sapientie ancillarum infime sunt: Logicamque mathematicam et ipso suo nomine ostendit confidenda ac breuianda. quippe Aristoteles ea non scientiam: sed methodum censuit nuncupanda. Per hec videlicet innuente quod hec disciplina non sit vere doctis curiosus exquirenda aut multi facienda: cum sit scientia: sed modus sciendi. non domina sed ancilla: non verus animi cibus: sed solum ciborum condimentum. Hac igitur ductus ratione Petrus ille Hispanus plane doctissimus: et diuini Augustini christianam doctrinam secutus: ad magnam logicam Aristotelis breuem introductionem parauit: quam idcirco diminutiuo vocabulo summularum stana. prenominat: ut non esset necessarium: ut ille inquit. in multis propter pauca laborare: sed hoc preguisameto habito posset tota logica facilius absolui atque crepediri. Et illa summularum editio statim visa est omnibus doctis valde utilis: atque subinde in cibus vniuersitatibus recepta. Et primo legabatur plano et simplici modo ad literam sine commentario vilo: ut mos est omnium introductionum. Deinde vero in manus auctoramentum ascendens: et ut textus gravis et summat: est: digna commentario. Consequenter factum Parisijs discrimine logicorum realium et nominalium variis sortita est commentarios. Nam Joannes quidam Verfois ad sensum Thomistarum. alter Joannes de Magistris ad sensum Scotistarum hunc textum de transferunt. At Joannes tertius cognomine Buridanus. O Chamusice secte imitator: et suo tempore logicorum doctissimus apud Parisios habitus: idem opusculo summularum correctiones quasdam cum additionibus plurimis apposuit: cuius opera summularum editio notabiliter exerceat: adeo ut non iam introductio sed logica magna censenda sit: precipue postquam eisdem textum Buridani: Joannes quartus nomine Dorpini: curiosum valde commentarium: argumentis et questionibus referatissimum ad sensum nominalium circumposuit. Post huc admodum magni cataclysmi inundauit nominalium commentariorum turba in summulas: ut vir eos quis dinumerare valeat: addentes gloriam tu per gloriam. Nam Georgius quidam Brunellensis necesse est Dorpini expositorem seu abbreviatorem. Joannes etiam Adonis suppleuit ut Georgij atque Dorpini amplificator: et adhuc non cessant plurimorum noue mutationes. Unde factum est ut summularum breuiarium. quod a principio velut amans Saloc suauissimum fuit: cum silentio. postmodum exerceat in flumini Egypti turbulentiissimum: qui suas excedens ripas: furio impetu et magna inundatione totam inundauit iam illam famigeratissimam Parisiensem academiam: et consequenter omnes alias vniuersitates. Nam in eis cibus preceptores facultatis artium liberalium (quos et regentes vocant) vir aliquid aliud toto tritu decet suos auditores quam disciplinam summularum: adeo ut iam nullum aut paupulum in eorum inter magistrum artium et summularum. Videntes insuper logicorum

Logica breuianda.

In. q. li. de mag. do. ch. raut. quia idcirco diminutiuo vocabulo summularum stana.

Summularum breuiarium plongatum est.



totius bone logice constituta ex pluribus summulis. scilicet accepta metaphorice ex arithmetica. i. qua numerus colligens plures alios numeros dicitur summa eorum. et si numerus ille sit parvus dicitur summa diminutiuo vocabulo. Tertiū in libris selet di singui duplex forma: scilicet forma tractatus et forma tractandi. forma tractatus in hoc opusculo est ea quā diximus diuisionem eius in suos paruos libellos: et iterū quilibet eorū diuidetur in sua capita. et illa in suas partes etc. forma vero tractandi est modus declarandi illud quod docebit in qualibet lectione scilicet ponendo vocabulorū diffinitiones. diuisiones: et regulas huius artis. quas etiā tū rōmō tū et exemplis declarabim. Et hūc modū peccēdi etiā logica docet esse obseruādū in alijs sciētis eib.

De fine. Aristotelis. Scilicet tā in logica quā in alijs sciētis duplex ponitur finis: scilicet alter intrinsecus et alter extrinsecus. finis intrinsecus et essentialis in quolibet sciētico opere est habere perfectā cognitionē sui subiecti. id est eius rei de qua agitur in eo. ut in logica cognitionē argumētationis: sed finis extrinsecus seu accidentalis eius varius est: p. diuersitas intentionum: quas habere poterit tā autor libri quā lector eius: nā hōy quidā ex charitate intendūt illuminare proximos: decendo eos veritatē: et qua opera simplici beatitudine pmercantur. Alij non tā perfecti intendunt sibi facere nomē et gloriā apud hōies. Alij egētes querunt lucrū et pecunias etc. Et quā vterq. De trus Hispanus harū summularū editor atq. corrector: verus erat philosophus et religione christianus: par est ut credamus vtriusq. eorū rectā fuisse intentionem in huius opusculi cōfectione. hoc est ut intēderint pnapali et honorē deū: et sanctē ecclesie succurrerent ad magne logice Aristotelis lectionem: per suas nocturnas vigilias diurnosq. sudores.

Prohemium Petri

Hispani recentioris de materia huius opusculi: estq. tripartitum.

Prima pars de logica in genere.

Logica grece: sermocionalis dicitur latine. Estq. ars et sciētia quā precipuā sermonis determinatio ē suscipit. Tertiū hec triplex dicitur: secundum tres principales sermonis proprietates. Quarum prima dicitur gramatica grece: litteraria latine: et hec sermonis congruā docet constructionē. Alterā dialecticā vocat seu disputatiuā: que veritatē sermonis inquiret: argumētationis vim

Tres logice species

atq. naturā demonstrat. Tertia rhetorica: que et persuasiua disciplina: sermonis ornamentū excogitat: quatenus auditorum animos in suam flectat sententiā. Has tres ita ordinauerūt sapiētes: quod disputatiuā discere cupiētes: oportet habeant litteraria eruditione. Rhetoricā insuper dialectice cōsecutiā dixit Aristoteles. Quibus igitur extremis in presentia dimissis: de media logice specie differamus: in compendio tamē: et modo duntaxat introductorio.

Scolium siue glossa.

Prologus autem recentioris: reiecto antiquiore. agit de natura huius sciētice. de subiecto eius: de partibus tā subiecti quā etiā ipsius sciētice: et ita sunt tres prologi partes. In primis huius sciētice nomē grecū latina interpretatione declarat. Deinde ponit diffinitionē et diuisionē eius in suas species: et quibus vni eligat: de qua in hoc opusculo agere intēdit. hec est summa breuis pncipis huius. Prologus: Logos grece est sermo latine: inde logica id est sermocionalis dicitur: quod sit ars et sciētia cōsideras de sermone. Et sunt tres sciētice sermocionales: tres pncipuas proprietates sermonis cōsiderātes: que sunt cōgruitas: veritas et ornat. Inde est quod hec nomē logica sit genus et tres habeat spēs istas: Gramaticā: Dialecticā et Rhetoricā: que etiā sunt nōia greca: a latinis tamē vsurpata. Immo omnium sere sciētiarū nomina apud nos sunt greca: tū quā sunt vocabula confecta et breuissima: tū quā latinā a grecis has sciētias acceperunt: nā illi fuerunt pncipes nobis in palestra litteraria: siue in artibus liberalibus: et in vtraq. philosophia: siue etiā in reb. diuinis: et in sacra theologia. In diffinitione logice artē et sciētia ponēs autor. ali quod discrimen inuēit horū nomini. Unde scire cōuenit quod hec nomē ars potest duobus modis accipi. scilicet proprie et metaphorice. Ars proprie dicitur in operibus mechanicis. id est in factibilibus: quam et rectam rationē rerū factibilium diffinit Aristoteles in sermo lib. suorū et hōicorū. Vbi quinq. virtutes intellectuales enumerat: intellectum: sciētia: sapiētia: prudentia et artem: quarū tres priores dirigunt hominē ad cognitionē: et due postiores ad operationem: prudentia quidē circa agibilia: id est negotia humana: ars vero circa factibilia scilicet opera artificū. In hac ergo propria acceptione ars est nomē cōe et genus ad oēs illas quas vocāt artes mechanicas aut seruiles: et reducūt ille oēs ad septē spēs quā sunt iste: Lana. nemi: miles et nautica. rus. medicina. Artes fabulis cōnumerāda venit.

3 Ordinatiorum

2 Quid ars proprie

Artes mechanicæ

Sciētia quod

Secundo modo et metaphorice. i. p. similitudinē: ars dicitur etiā in sciētis autorū: quā vidētur operari similitur ut artes mechanicæ. Et quā in hac acceptione huius nominis: omnes sciētice generaliter possent artes nominari: secundū quod dicitur: quod ars est collectio multorū preceptorū ad vniū finē rēdentū: tamē specialiter septē earū artes liberales dici solēt: Quarū tres priores sunt sciētice sermocionales: gramatica

Artes liberales. logica: et rhetorica: et quattuor posteriores dicuntur mathematicæ. arithmetica: geometria: musica: et astrologia: addunt octauam p. speciatuā: quarū oium actus hi sunt.

Græ. loquitur. dia vera refert: he verba colorat. Mus canit. ar. nūerat. geo. penderat: as. colit astra. Hinc processit: ut septem artes liberales dicantur triuim et quadruim: id est tres et quattuor vic. Ratio vero quare iste septem sciētice p. alijs. dicte sunt artes metaphorice: est. ppter quandā specialem similitudinē quā iste sciētice habēt ad artes mechanicas p. dicte: quā sicut in illis post operationē artificis remanet aliqd opus factū: ut dom. arca: tunica etc. ita in istis post considerationē sciētis remanet ali quid cōstitutū: ut gramaticus cōstitutit orationem: logicus argumentationē: rhetor. declamationē: geo. mēter figurā: arithmeticus formā: music. cātulenā: astrologus iudiciū vel thema etc. hoc in alijs sciētis nō fit: sed in sola rerū cognitione terminat. Dicuntur etiā artes liberales: scilicet differentibus gratia: p. oppositū ad artes mechanicas: que dicte sunt seruiles: mechanicæ enim artes inuēte sunt ad prouidēdā ea que humano corpori sunt necessaria: sed artes liberales ordinātur ad pfectionē animi: scilicet in cognitione veritatis. Quia ergo corpus hōis subiectū animi: et seruus domino: quod Aristoteles asserit in primo libro suorū politicoy: nimirū ergo si ille seruiles artes: iste autē liberales: id est dominatrices dicant: quia dñs liber est et sui gratia operat: seruus vero ppter dominū. Et itē alia ratio huius differenti: nā artes mechanicæ ab infimis hōibus: liberales a liberis et nobilibus inuēte sunt. Hinc factū est ut mechanicæ artifices sint velut alioy serui in republica: sapiētes vero ut alioy domini et rectores: ut idē Aristoteles docet in problemio siue metaphysice. Adhuc et tertia ratio. partes liberales animū hōis faciūt liberū id est nobilē: idonēq. spōdium sapiētice regine sciētiarū: de qua Salomon ait: Hæc amauit et cquisiuit a iuuentute mea: et amator factus sum forme illius: et quesui eā in spōdium mihi assumere. Sed artes seruiles dicte sunt mechanicæ: quā animū hōis mechanicam faciunt: id est alienari a contemplatione vere sapientie. scilicet intendendo cuius corporalib: atq. terrenis occupationibus: pnde ac si vir relicta sua nobili sponfa: eat post ignobiles ancillas: dicitur mechanicus id est adulter et infamis: ita et animus hominis si relicta sapiētia: intendere velit circa corporalia obsecra: sed hec satis sint de arte. Sciētia vero est quæ doctrina quæ hominem dirigit in cognitionē rerū humanarū aut diuinarū: que sunt in mūdo. Quia igitur logica est ars non mechanica sed liberalis: ideo autor in diffinitione logice nō accepit artē proprie sed metaphorice: nō solū cōmuniter sed etiam specialiter. Ideo in diffinitione logice arti appositū sciētia dicitur: quod logica est ars et sciētia etc. sed de hoc nomine sciētia amplior declaratio requirēda est infra in libello quinto huius opusculi: quod de demonstrationibus. At vero quia duplices posuimus artes liberales: sermocionales. scilicet et mathematicas: hoc est triuim et quadruim: addita est tertia partienla in diffinitione logice: quā ipsa determinat a mathematicis: quā hec pncipua sermōis de terminationē suscipit. Et ergo clarus sensus diffinitionis logice in genere: id est prout est generale no-

Discrimen artium.

men ad totū triuim: Logica est ars nō mechanica seruilia: sed est ars liberalis que et sciētia: et inter artes liberales ipsa est ars sermocionalis nō mathematica. Post diffinitionē autor subdit huius generis diuisionē in tres species: gramaticam: dialecticā: et rhetoricā: et diuisionē assignat rationē: quā tres sunt pncipales proprietates sermonis: cōgruitas: veritas: et ornamētum: quas ille tres artes sermocionales declarāt. Gramatica cōgruitatem: dialectica veritatē: rhetorica ornamētum sermonis. Harū species: quā sunt nōia greca: ponit autor declarationes: pmo interpretando nōia greca in latina: scilicet diffiniendo eas p suas differentiās: et tota littera est satis pncipua. Deinq. ponit ordinē iter has tres artes sermocionales: quā carū pma est gramatica: scilicet dialectica: tertia rhetorica: et rationē ordinis assignat: quā gramatica docet modū loquēdi: qui primo est ad discendum in oibus sciētis: dialectica modum arguēdi et disputandi: et in hoc modo rhetorica cōsequitur dialecticam: quā etiā et ipsa argumentatur: et in arguendo dialecticā imitat: Sed hec dicitur adhuc rudi (ut autē) muerua: ppter uocacionū imbecillitatē: que tamen postea magis declarabuntur.

Secunda problemij pars de logica in specie.

Quia vero hec secunda logice species proprio caret nomine greco incompleto: nimirū si a diuersis autoribus diuersimode fuerit nominata. Aristoteles nāq. eā modū sciendi appellauit. Boetius rationē differēdi: id est differentiam disciplinā: Alius dialecticā: ab vna parte totā ipsam nominauit. Alius rationalē sciētia: et hoc bifariā: vel quā sit de actibus rationis: vel quā agat de entibus rationis. Hos hō iuxta regulā topicā: innominate speciei nomē gñis appropriates: ipsam vulgato nomine logicā appellamus: et quā hanc diffinitionē prescribimus. Logica est ars liberalis sciētia q. sermonis veritatē diligentissime inquirens: modū sciēdi: in omni sciētia obseruādū miro docet artificio. Et quā testate Aristoteles: absurdū est simul querere sciētia et modū sciēdi: ideo in acquisitione sciētiarū hec logica debet esse prior.

Scolium siue glossa. In hac secunda parte huius problemij: anteq. autor diffiniat secundā speciem sciētice sermocionalis: igitur nomē eius proprio incompleto et greco: quod diffiniat: nā latina huius sciētice nōia (sicut et aliarum sciētiarū) oia fere cōpleta sunt ut modus sciēdi: ratio differēdi: sciētia rationalis: aut disputatiua. etc. Prima hōy ponit Aristoteles in. ii. siue metaphysice libro: ubi ait quod absurdū est simul querere sciētia et modū sciēdi: quod

Diffinitio.

Corrolarium.

A iij



Boetius

Sacrosanctus Thomas

Scotus

Petrus Hispanus

Regula

reponens cometator Averrois dicit qd p modum sciendi Aristoteles intellexit logicam disputatam. Et quod dicitur natio accepta a subiecto huius scientie: nam hec scientia docet modum sciendi que res sciencie hinc debet. Secundum nomen cuius dicitur Boetius: et post eum Hugo de sancto Victor in opusculo de origine artium et scientiarum: ubi ait: qd est disciplina discretiva. i. discretiva a notis ad ignota: et eadem ratione a noterioribus dicta est argumetativa: qd argumetatio est discursus ab uno ad aliud. Reales logica ipsa scientia rationalis vocatur: sed non oēs ad eundem finem. nam. S. Thomas et qd est scientia finis dicitur ea rationalis: qd dirigit hominem in actibus rationis sine intellectus: qui sunt tres: ut Aristoteles docet in tertio libro de anima: primum est simplicium apprehensio: que dicitur prima per huius scientie: alter dicitur ab Aristotele compositio et distinctio simplicium. i. affirmatio et negatio: que actus dirigit secundam partem: ac dicitur discursus ab uno ad aliud que docet tertiam huius scientie partem. Scotus dicit: qd dicitur ea rationalis ab obiecto. qd arguit de creaturis rationis: quas secundas intentiones vocat: iuxta verbum Aristoteles: qd logica est de secundis intentionibus adiectis primis: et dicitur illi: qd ille secunde intentiones non sunt vere res: sed solum creatura rationis. i. res ficte per cogitationem hanc rationis. Petrus vero Hispanus primum simulari auctor hanc disciplinam greco vocabulo dialecticam nominavit: videlicet ab una huius scientie parte: quam Aristoteles docet in libro topice. ubi ea dicitur: qd est ars dialectice: cui sit inquisitione ad eum methodorum principia via habet: sed huius verborum sententia: inferius in vi. libro de locis dialectice declarabit. Ab illa ergo parte huius scientie: que dicitur dialectica: tota ea censuit non mandatis improprie. Atque ab eo venit in usum ut ceter minus docti hanc disciplinam vocarent dialecticam: et perfectiores eius dialecticos. Regula topica quam auctor hic citat: ponit ab Aristotele in primo libro topice: ubi dividit quatuor partes: qd sunt illa ars imitatio: primum. i. predicatum convertibile cum subiecto: dividit in duas species. scilicet in primum essentialis: quod est definitio: et primum accidentale: quod quia erat innotuit: notie generis sui ipsum primum nominavit. Unde concludit qd illud nomen primum evadit equocum: tunc aliquid quando est nomen generis: aliquid quando nomen speciei: hanc regulam topicam sepe vidit ipse Aristoteles in alijs libris suis. Nam si predicamento qualitatis prima est species sub altera dispositione vocatur: sed ea statim dividit in habitum et dispositionem: qd secunde speciei est non erat nomen impositum. In secundo. etiam libro topice physicorum: causam per accidens casus vocat: sed casus illico dividit in fortunam et casum eadem ratione: et ita in tertio libro. politice. hoc genus est republica in plures species dividit: sed ea cap. ultima pro parte carebat nomine ipsa nomine generis republica occupavit: et in multis alijs locis similiter hanc regulam observavit: qd si aliam speciem dicit nomen primum: ipsa solum nomen sui generis. Auctor ergo rececit hoc hanc regulam in hoc novo phemio huius opusculi: postquam hoc genus logica: quod est eadem ad totum trinitum sermocionalis dividit in tres species: videlicet qd media earum erat innotuita pro nomine greco complecti: numerum ergo si ei attribuat ut appropriet nomen generis: logicam ea nomine: quod etiam habet eodem usum loquentium qd huius secunde sermocionalis perfectiores vocant logicos. sed ad differentiam grammatice et rhetorice. Logice igitur sic ac

cepte alia ponit auctor definitionem: ab ea qua huius sermocionalis fuerat de logica: ut erat nomen generis. Logica igitur est ars liberalis: scientia sermocionalis etc. cuius sententia est: qd logica est una ex septem artibus liberalibus: non quod mathematica: sed primum ad trinitum sermocionalis: imo est scientiarum sermocionalium potissima: qd principalissima sermocionalis: hoc est virtutem pueriliter atque modum sciendi debitorum: et in qualibet scientia observandus: ipsa docet. Per hanc igitur huius definitionis parte hanc nostram logicam discernit ab artibus sermocionalibus mechanicis: per secundam differt a mathematico quadrivio: quod non est de sermone: per tertiam denique parte distinguit a grammatica et rhetorica: qd non veritate: sed alias sermocionalis proprietates declarat: quod sunt minimum principales que veritas sermocionalis. Quod ad addit in definitione ista de modo sciendi: ponit ad explicandum instrumentum: quo hanc scientia videtur ad veritatis inquisitionem: ut est. n. distinctio: distinctio: et argumentatio: que sunt eius instrumenta propria. Postquam etiam dicit qd illa clausula sit alia distinctio logicæ: hoc modo. Logica est ars et scientia: que in modo quodam artificio docet modum sciendi in vnaquaque scientia observandus: estque distinctio data per principia logicæ subiectum: de quo mor in tertia huius phemio parte. Propter hanc ergo logicæ sermocionalis dicitur potest de ea: qd est ars artium: scientia scientiarum etc. ut alter Petrus antiquo diffinierat: quod maxime verum est si fiat comparatio eius ad alias sermocionales artes et scientias. Vbi ad oēs alias artes et scientias fiat comparatio: hoc locutio intrinseca est reponenda transitive ad hanc sententiam. Logica docet modum quo oēs artes et scientias discrete valeant. Et huius definitionis elicit corollarium ab utroque simulari auctore positum: cuius non eadem sed distinctio: qd in acquisitione scientiarum hanc logicam (de qua loquimur in hac secunda phemio parte) debet esse prior. i. huius acquisitione que alie scientie. Ratio prioris seu habens viam ad principia oium scientiarum: ergo est ante principia oium aliarum scientiarum: preest ergo oēs alias scientias: qd preest earum principia: que sunt primi aditus oium scientiarum. Ratio vero receptionis Petri fundat in dicto Aristoteles: positio in littera: accepto ut dicimus et secundo libro metaphysice prope finem: ubi ait. Et quia absurdum est simul credere scientiam et modum sciendi: nam verum simul velle accipere: forsitan non est bene possibile. Solus est: qd huius alie scientie accipere conest: dicat modum sciendi ea. Et quia huius modum sciendi docet ista hanc logicam: ergo ipsa huius est ad hanc alie scientie: quare in acquisitione scientiarum hanc logicam debet esse prior. huius acquisitione: huius disci que alia quis scientia. Et ista auctoris corollario veteris sequi manifeste: qd non solum physica aut metaphysica: sed etiam illa grammatice illave rhetorice quam plerique sine logica acceperunt: non est perfecta: sed valde imperfecta: ratio est clara: qd non habet eam modo scientificum: sed rudi quadam minerva: hoc est historia: et solum ex vni atque auctoritate veterum: non autem methodice. i. per distinctiones: distinctiones: et rationes. pbataas suarum regularum: illi ergo non habent scientiam grammatice aut rhetorice: sed tantum opinionem: imo potest fide: non divina: sed humana: qd videlicet credit auctoritati eorum qd primum illas regulas tradiderunt: et aliorum qd postea pannis illis consenserunt: ergo quousque hanc nostram logicam vniuersis didicerint: nullam scientiam accipere poterit sicut

Logica

Sermones

Modus

Corollarij

Aliud

deest: hoc est modo scientificum: Ea vero bene accepta: non solum alias scientias scientificas acquirere poterit: sed et ipsammet logicam: ipsa enim docet modum sciendi pro se et pro alijs scientijs oibus. Sermocionales igitur de discipline hanc habent sibi propriam et peculiarem: que reflectuntur super seipsas: hoc est quia exerceant in seipsis: quod docent pro alijs scientijs: nam grammatice congrue loquendo docent omnes scientias congrue loqui: similiter rhetorice docent alias scientias ornatum locutionem: ipsa ornate loquens hoc docet: ergo etiam logica docet alias scientias definitionem: divisionem: et argumentationem: hoc facit diffinendo: dividendo: et argumentando. Tertia pars problemij de subiecto logicæ. Subiectum huius logicæ: id est materia circa quam ipsa versatur: duplex assignatur a doctis: nam de alijs non curabimus. Ponunt namque hi argumentationem: illi modum sciendi nostre logicæ subiectum: sed hanc secunda positio videtur hic nobis magis probanda: qd sit magis consona doctrine Aristotelis: nos autem in presentia ad magnam logicam Aristotelis introductionem eudere intendimus. Tertia vero sciendi est logicum instrumentum: quo ignotum potest fieri notum. Unde etiam patet huius nominis ratio. ab eo enim qd scire facit: quod prius non sciebatur: modus sciendi est appellatus. Eius autem tres sunt species prime: distinctio: divisio et argumentatio. Et quia earum potissima est argumentatio: ad eamque alie due species reducuntur et ordinantur: propterea dicunt communiter loquentes: qd argumentatio est subiectum attributionis in logica: queis (ut diximus) modus sciendi sit eius subiectum adequationis. Quare secundum enumerationem partium argumentationis: enumerantur et partes huius logicæ. Argumentationis enim partes integrales sunt termini et propositiones. ex his enim ipsa componitur. Sed partes subiective: que species eius: sunt argumentatio demonstrativa: dialectica: et sophistica. Prima ergo nostre logicæ pars erit de terminis: quam Aristoteles tradidit in predicamentis: quibus et Porphyrius

introductionem predicabilium premissit. Secunda pars de propositionibus: tradita est ab Aristotele in duobus libris Periermenias: id est de enunciatione. Ad tertiam denique logicæ partem pertinent duo libri priorum: duo posteriorum: octo libri topice: et duo elenchorum. His ergo omnibus Aristotelicis libris nos in hoc opusculo correspondentes libellos introductorios edere decrevimus: septem numero: de predicabilibus: de predicamentis: de propositionibus: de sillogismis: de demonstrationibus: de locis dialecticis: et de fallacijs. Tercium ob imbecillitate novitiorum: a notioribus eis ordiri volentes: libellum de propositionibus primum omnium posuimus. Et quia propositiones ex terminis componuntur: que sunt nomen et verbum: ideo primum oportet constituere quid sit nomen: et quid verbum: quid oratio: et quid propositio. Et deinde propositiois partes: et passiones prosequemur.

Scolium sive glossa.

Tertia denique huius phemio pars principalis inquit huius nostre logicæ subiectum: id est materia: circa quam ipsa intendit. Ubi primo subiectum ipsum inuestigat. Deinde inuenit subiectum distinctum in duas species. Tertio ex partibus subiecti: huius scientie partes distinguit et ordinat: hanc est summa huius tertie partis. Sed ante omnia scire conveniet qd hoc nomen subiectum multiplex est: cuius octo acceptiones vulgarissimas hi tres versus enumerant. Obiectum. verna positum sub. cui quod imberet. Quod prius est copula. proprii. logicaliter infra. Quo simul ars heret. sunt bis subiecta quaternaria. In quattuor primis acceptionibus subiectum est nomen prime impositionis pertinet ad scientias reales: ad artes mechanicas: et ad vulgares hominum locutiones. In alijs vero quattuor acceptionibus subiectum est nomen secunde impositionis: et frequenter sumum in scientijs sermocionalibus: precipue in hac nostra logica. In proposito ergo quum inquitimus subiectum logicæ: hoc nomen accipiendum est in octava significatione: hoc est materia logicæ: circa quam ipsa principaliter versatur: que dicitur subiectum eius: id est fundamentum totius edificij scientifici: et solet sic diffiniri. Subiectum est id quod principaliter reductionem omnia alia que in scientia tradunt. Et potest subiectum dividi in duas species. est. n. quoddam subiectum adequationis: aliud subiectum attributionis. Subiectum adequationis in scientia est

Ordoli

Subiecti octo acceptiones.

Subiectum quod est. Subiectum ad eam quatuor nomen.



Subie
ctū at-
tribu-
tionis.

quoddā genus commune ad omnia ea que in sciētia
considerantur: vt hoc nomē ens in metaphysica: res
naturalis in physica: magnitudo in geometria: mul-
tutudo in arithmetica: et ita de alijs. Et dicitur subie-
ctum adæquationis: quia adæquatur toti sciētiæ scilicet
ga sua generalitate cōprehēdit sub se oīa cōsiderata
in sciētia. nec tamē ultra eā se extendit. Subiectum
attributionis est principalissimū contentorum sub
illo genere. vt substantia est subiectum attributionis
in metaphysica: res viues in physica: corpus in geo-
metria &c. Sēper enim sub quolibet genere (et hoc
Aristoteles asserit in decimo libro sue metaphysice)
oportet inuenire vnā speciem aliarū omnium potissi-
mam: que sit et aliarū metrum idest mēsurā: puta q
per cōparationē ad illam alie cēs mēsurantur i suis
perfectionibus. ita q ille que magis accēdit ad illā
sint magis perfecte: et ille que magis ab ea recedunt:
minus perfecte: vt in genere animalū perfectissima
species est homo. in gñe colorū albedo: et sic de alijs.
Igitur in sciētia que est de illo genere vt de subiecto
adæquationis: illa optima species est subiectū attri-
butionis. Quare in nostra logica: illi qui posuerunt
modū sciēdi esse subiectū: intelligendi sunt de subie-
cto adæquationis: id est de vniuersali genere sub quo
omnia logicaalia continentur et nulla alia. Qui vero
argumentationē posuerunt: debent intelligi de subie-
cto attributionis: id est de principalissimo modo
sciēdi. ad quod omnia alia logicaalia referri habent
vt ad ppriā mēsurā. Autor ergo noster primā opi-
monē ubi magis placere dicit. de modo sciēdi: q
sit magis consona verbis Aristotelis logicam nomi-
nantis modū sciēdi: scilicet a subiecto eius: hoc autē
opusculum eādē sciētiā docet: quā et magna logica
Aristotelis: licet alio modo. sicut dicitur. Cū
ad eius declarationē autor ponit modū sciēdi diffi-
nitionem et diuisionē in suas species. Adodus inquit
sciēdi est logicū instrumentū quo vniquodq igno-
tum potest notificari idest notū fieri: atq ideo recte
vocatū est modū sciēdi idest cognoscēdi aliqd.
Et dicitur logicū instrumentū: quia per artē logicam
inuentum est et declaratiū: scilicet eo more loquēdi.
quo Aristoteles in primo libro topicorum nominat
quattuor instrumenta dialectica. Cū huius generis
tres ponit autor species principales: idest tres mo-
dos sciēdi: diffinitionem. diuisionē: et argumētatio-
nem: quarū argumētatio est species potissima: et re-
gula: atq mēsurā aliarū: nam ille ad istā referūtur.
siquidem per diuisionē inueniri solet diffinitio: que
est principium argumentationis probatiue. vt infra
declarabitur. Cū de subiecto logice nostre. p cui?
partes accipiēde sunt partes huius sciētiæ. Et quā
autor potuisset hoc facere per subiectū adæquationis:
et alit tamē per subiectū attributionis: eo q bec di-
finitio est clarior et facilior: atq apud logicos viti-
tior. scilicet vt per argumentationis partes: et per ea-
rum vāres modos: sumantur principales huius sciē-
tiæ huiusq opusculi partes. quas antiquior Petrus
tractatus. recentior libellos appellauit. Hecū pri-
mum posuit libellū de enūciationibus (quasuis
sic secunda logice pars) quod assimilatur quartē et
vltimē partē grāmance: scilicet de constructionibus:
quatenus ab vno simili ad alterū facilior esset transi-

Aded?
sciēdi
qd sit.

Tres
modi
sciēdi.

tus. Hactenus de probemio iunioris Petri Hispani
mi. Cū in quo multipliciter insinuatā est veritas huius
correctiois in hoc opusculo summularum: post eius
primam editionē ab alio Petro antiquiore. Nam
si probemū illius ad probemū huius contuleris. in-
uenies plerq in melius esse mutata: siquidē nomē
huius sciētiæ aptius atq vltatius hic positum est i
communi sermone loquentium tam doctorū quam
indoctorum. Dialecticē etiam interpretatio: a dia q
est duo et logos sermo. et illic posita. incepta erat. qn
potius a dialegeme verbo greco q est disputo: lati-
ne hoc nomē dialectica idest disputatiua deductum
est. et illa nō est tota logica sed tantū vna pars eius.
illa scilicet que docet probabiliter solū disputare. nā
cum sit inquisitiua veritatis: frequentissime vti dis-
putatione: et de illa erit sermo libellus huius nostri
opusculi: cuius titulus est de locis dialecticis. Corol-
larium insuper de prioritate huius sciētiæ ad alias
omnes: manifestus et verius hic elicitur: vt de tota
logica: q illi de sola arte dialectica. Consequēter ve-
ro totā illā phylatēā ab alio Petro posita: sed q
disputatio non potest haberi nisi mediante sermone
et. vsq ad finem sui probemij: quod ad caput de no-
mine terminatur: iste Petrus penit? delent? et hoc
quidē non iniuste: tū quia ipse modus loquēdi erat
ineptus et improprius per locutionē transitiuam.
quod et Buridanus aduertens ipsum ad in transiti-
uam redurit dices: sed quia omnis disputatio est ser-
mo: et omnis sermo est vox. et quis vterq comm su-
pervocabulo disputatiōis fundatus. rectius dicitur
meo iudicio: sed q disputatio nō pot fieri sine ppo-
sitione: nec ppositio sine termino: quod est nomē et
verbum. ideo primū oportet cōstituerē quid sit nomē
et quid sit verbum. et. tū et alia ratione: quia ea que
ille posuit de sermo et voce et de naturalibus instrumē-
tis. et. oīa phisica sunt. que est sciētiā realis: et a logi-
ca sermo cōtinuā valde aliena. Apti? ergo recentior
Petrus enumeratis logice partibus: et data ratiōe
quare libellū de enūciationibus primū fecerit: a
principijs et partibus enūciationis. noie: verbo et
ofone corolus est: sicut et Aristoteles in suo primo li-
bro peribermenas.

Primus libellus

summularū Petri Hispani: de propo-
sitione siue enūciatione: deqz princi-
pijs partibus et passionibus eius. Ita
bet capita duodecim.

Caput primū est de nomine: prima
parte propositionis.



omē est vox significatiua
ad placitū sine tēpore: cuius
nulla pars separata ali-
quid significat: finita et re-
cta. Vox ponitur i hac dif-
finitione pro genere. Signi-
ficatiua ponitur ad differentiam vocis
nō significatiue. Ad placitum vero: ad
differentiā vocis significātis naturali-
ter. Sine tempore: ad differentiā verbi
quod significat cū tempore. Cuius nul-
la pars separata aliqd significat: poni-
tur ad differentiā orationis: cuius par-
tes separate aliquid significant. Finita
vox dicitur nomen: ad differentiā no-
minis infiniti: vt non homo: quod non
est nomen secundum logicum. Recta
deniqz ponitur ad differentiā nomi-
num obliquo: vt Latonis Latoni:
que etiam non sunt nomina apud logi-
cos: sed dicuntur casus nominum. An-
de solus nominatiuus: qui et rectus: di-
citur nomen secundum logicos.

Sebolium siue glossa.
Primus libelli huius subiectum est propositio: vt
potius enūciatio. est enim introductorius ad duos
libros peribermenas apud Aristotelem. i. de enū-
ciatione: scilicet de denominatione facta a subiecto vel
materia de qua pertractat: et non solū de ipsa enūcia-
tione: sed etiā de eius pncipijs: de partibus: et de pas-
sionibus. Hec enim habet omnis sciētiā: qā simul
considerat de subiecto suo: et de eius principijs: par-
tibus: et de passionibus: vt Aristoteles docet in pmo
libro posteriorum. Enūciationis principia duplicia
sunt: secundū q duobus modis potest accipi ille ge-
nitiuus: enūciationis: quia vel personaliter vt ma-
terialiter. Principia enim illius rei que est enūcia-
tio: sunt nomen et verbum: ex quibus ipsa cōponit:
et dicitur eius principia materialia: sed huius nomi-
nis enūciatio principia sunt genus et differentiā: qb?
diffiniri habet: quia oratio est eius genus: vera vel
falsa est sua differentiā: et bec dicit solent principia for-

malia enūciationis. s. accipiēdo formale logice p
predicato directo: Ergo anteq autor determinet de
propositione vel enūciatione: declarat eius princi-
cipia: nomē et verbum: et orationem. Deinde ipsam
enūciationem diffinit: et in partes suas diuidit: cō-
sequenter vero passionē eius exponit. s. oppositio-
nem: equipollentiā: conuersionem: modū et alia que
dam eius accidentia super addit: que antiquior Petrus
Hispanus neglexerat: et passionū etiā pdictarū
iste meliorem posuit ordinem q ille: vt inferi? in lo-
cis suis ostēdet manifeste. Et nominis quoqz verbi
et orationis: diffinitiones grammaticas vterq au-
tor sciēter dimisit: et eas que logice sunt ex Aristote-
le accepit. Cum vero enūciationem (que est oratio
vocalis) principaliter cōsideraret: a voce corolus est
in his tribus diffinitionibus: nec posuit hic Petrus
iunior vocis diffinitionem: sicut nec Aristoteles: sed
supposuit eam ex communi vsu loquentium. s. q sit
ille sonus in ore animalis: quo sui animi affectiones
significat: et enūciat. i. etia denūciat alijs: quāuis
non omnis vox ab ore animalis pcedens sit proprie
significatiua: sed sola que: vt dicit Aristoteles: sit cū
imaginatione significādi aliquid alteri: nā sunt inul-
ti soni ab ore animalis pcedentes: qui sponte et si-
ne preuia imaginatione sunt: vt tussis: sternutatio:
ofcitatio: et alij huiusmodi: et ille voces nihil signifi-
cant. Item vocum significatiua: si quedā significant
naturaliter: et alie ad placitū. Naturaliter significāt
voces brutorum animalū: vt latratus canis: rugit?
leonis: mugitus bouis: etiā in hōibus naturaliter
significant ille voces que ex impetu alicuius passio-
nis interioris pcedūt: vt gemitus tristiū: applausus
gaudentium: frēmitus irascentiū: et alie multe: quas
latini interiectiones appellant: et huiusmodi voces
nullius lingue determinate sunt apud homines: sed
sunt omnibus communes: idemqz significant apud
omnes hominum nationes. Ad placitū vero signi-
ficant sole voces humane: nec ille omnes: sed ille tan-
tum que sunt determinati idiomatis: vt vocabula
greca: hebraica: latina: et quęcūq alia barbara: Et di-
cuntur bec significare ad placitum: qā nō ex sua natu-
ra: sed ex solo beneplacito et libera voluntate primorū
impositorū: et ex frequēti vsu aliorū successorū: qui im-
positionē illā libere acceptauerūt. Ex his ergo pa-
tent pme tres particule cuiuslibet harū triū diffini-
tionum. s. vox significatiua ad placitum. Cū quarta
vero pars in diffinitione nominis: sine tēpore: est in-
telligenda de modo significandi accidentaliter grāma-
tico: nā inter nominis accidentia: grammatici non
enumerant tempus: sed bene inter accidentia verbi.
Unde per hoc differt nomen a verbo: quia nomen
variatur per genera et casus: verbum autem p modos
et tēpora: est ergo sensus q nomen significat sine tem-
pore. s. nō variatur per tēpora: nec cōsignificat suū
significatum sub aliqua determinata temporis diffe-
rentiā: vt hoc nomen homo significat indifferenter
omnes homines siue fuerint: siue sint nunc: siue futu-
ri expectentur: immo et eos qui nunquam erunt: sed
esse possunt. Et quāuis dunt aliqua nomina: que de
modo significandi essentialiter significant rem illā que
est tēpus: vt annus: mensis: dies: hora. et. tamē illa
tempus significāt sine tempore: qā non declinantur



per tempora: sed per casus: neq; cognoscant quando sint tempora illa que significant. i. an sint presentia: preterita vel futura: vt annus no determinat qd annus sit: an iste presens qui currit: an ille qui est elapsus: vel ille qui adhuc futurus est. Quintā pars diffinitionis nominis: cuius nulla pars separata te. denotat nemē esse: vt eam in cōpleram: quod tam verum est de nomine cōposite figure q̄ de nōie simpli ci. Vocamus enim hic vocē in cōpleram: eā ad placitum significans: non dicit aliquid esse vel non esse: vt homo: lapis: lucifer: equiferus. etc. Completa vero illā dicimus: que affirmat vel negat aliquid esse aut nō esse: Et ita vocē cōplera est oratio: vt homo est nobilis dei creatura: equus nō est lapis. etc. Incompleta autē dicit terminū. Et due vltime particule in diffinitione nominis: finita recta: significant in logica nomen strictius accipi q̄ in grāmatica: ita vt logicū solum illud dicat nomē: quod potest esse suppositū verbi in oratione simpliciter prima. i. que in aliā priorē nō resoluitur: nam scilicet veritas aut falsitas de qua logicus intēdit: sēpue cognoscit per vniuersū di orationes: aliarū autē non cognoscit veritatē aut falsitatē: nisi resoluat eas in orationes simpliciter primas. Dicitur itaq; oīo simpliciter prima: illa cuius verbum est personale: modi indicatiui: et tēporis presentis: cuiusq; suppositū est nomē substantiuum nominatiui casus: et cui nulla apponit negatio. Unde nulla oratio verbi impersonalis est simpliciter prima: nulla etiā oratio alterius modi aut tēporis a presenti indicatiui modi: q̄ cōs illi sunt: resoluibiles in alias priores eis. Patet etiā q̄ nomē adiectiuum: p̄no nomen: participiū: et casus obliq; nō sunt nōia apud logicum: neq; etiā nomē substantiuum: cui anteposita est negatio p̄ appositionem: q̄a omnes orationes talitū vocabulor; debent in alias resolui: ad hoc vt appareat ipsarū veritas aut falsitas: non sunt ergo simpliciter primę. Si vero aliqua alia essent addenda super hac diffinitione nōis inferius ponent.

Caput secundum de verbo: altera parte propositionis.

Verbū est vox significatiua ad placitum cum tempore: cuius nulla pars separata est significatiua: finita: et recta. Cum tēpore ponitur ad differentiam nominis: quod (vt dictum est) significat sine tempore. Finita et recta: alicq; huius diffinitionis particule: ponuntur hic eadem ratione: qua in diffinitione nominis ponebantur. Dicitur autem verbum rectum: quod est indicatiui modi: et tēporis presentis: omne namq; aliud verbum cōsetur obliquū. Et est sciendum q̄ logicus duas tantum ponit partes orationis: scilicet nomen et verbum: quia (vt p̄scian; ait) ex nomine et ex verbo perfecta constat

Oratio simpliciter prima.

oratio. Reliquas autem partes orationis: a grammaticis enumeratas: logicus appellat sine cathegorematicas grece. i. cōsignificatiuas latine: q̄a nomini et verbo apponuntur: ad hoc vt eis de seruiant.

Scholium sine glossa.

In hac verbi diffinitione: sola illa pars: cū tempore est hic amplius declaranda: p̄ter eā declarationem que in capite precedente posita est. Hęc Aristoteles aliis verbis posuit dicens: Verbū cōsignificat tēpus: et sensus est: q̄ verbū p̄ter significationē p̄ncipalē suā essentialē: accidentaliter cōsignificat tēpus: quia denotat quando res aliqua fiat vel sit. Verbi etiam variatio fit p̄ modos et tempora: non per casus: vt nomen: unde et tempus a grammaticis numerat inter verbi accidentia. Verbi ergo de sua p̄ncipali et essentiali significatione nō significat tēpus: sed rem aliā: quāuis omne verbi sit aliquid tempus: et hoc est verbum cōsignificare tempus. i. significare suū p̄ncipale significatū cum tempore determinato. Et hac declaratione quidam logicorum opinantur verbum posse absolui a cōsignificatione temporis: saltem in p̄positionibus scientificis autoz: quia cū tēporis significatio non sit verbo essentialis sed accidentalis: potest ab eo separari: vt in hac p̄positione: tonitruum est sonus factus in nubibus: verbū est non determinat tempus p̄sens: ita q̄ nunc fiat tonitruū: sed absoluitur a cōsignificatione temporis: estq; sermo de tonitruo quādoq; fiat: sed hec questio vsq; ad magnā logicā differatur. Et sicut in capite precedente dictum est q̄ nomen accipiebatur strictius q̄ in grammatica: ita et nunc dicimus q̄ verbum stricte accipitur p̄o eo solo quod potest esse appositum nominis substantiuū: in oratione simpliciter prima. hoc autem est verbum substantiuū indicatiui modi et tēporis presentis. Unde nullū verbū adiectiuū: nullum impersonale: nullūq; obliquū est p̄prie verbum apud logicos: immo neq; ipsum verbi substantiuū presentis indicatiui modi censetur p̄prie verbum logicum: in p̄positione de est secundo adiacēte: sed tantum in p̄positione de est tertio adiacēte. Propriū enim verbi logici officium est vnire p̄dicatū cum subiecto in p̄positiōe. Hęc Aristoteles dixit in diffinitione verbi: q̄ verbum est nota eorum que de altero dicuntur. i. signū vniuē p̄dicatū cū subiecto. Illa particula recta satis declaratur in littera autoris: et quid verbum rectum et quid obliquum: et excluditur verbum obliquum eadem ratione qua et nomē est vniuē. i. q̄a et eo nō sit oīo simpliciter prima. Sed illa particula finita: non erat necessaria in diffinitione verbi: quia negatio infinitans aliquid verbum: vt non currit: non cadit super verbum substantiuū in eo inclusum: sed solum sup participiū eius. i. est non currēs: ideo talis negatio nō facit p̄positionem negatiuam: sed potius affirmatiuam de p̄dicato negativo vel infinito: et quia solum verbi substantiuum est p̄prie verbum logicum: si apponatur negatio: erit negatio negans et non infinitans. Hęc solum tamen autor illam particulam: finita: in diffinitione verbi

Cathegorematica dictio.

Syncegorematica

verbi post Aristotele: vt hec diffinitio eet conformis diffinitioni nominis: in qua similiter dicitur finita et recta. Cathegorematica quod autor ponit in fine huius capituli de duabus tantum partibus orationis logicis: p̄ter autoritatem Aristoteli in grammaticorum principis: quem autor hic citat: potest etiam ratione probari. quia duo tantū sunt officia terminorum in oratione vera aut falsa: suppositum et appositum: ergo due tantum sint orationis logicę partes: nomen vt suppositū: verbum vt appositū. De alijs autē sex partibus orationis a grammaticis positis: autor dicit q̄ apud logicos vocantur sine cathegorematicę: et sole due nomen et verbum: sunt partes cathegorematicę. Hęc enim dicti intelligentia est sciendum: q̄ duobus modis potest dici aliqua dictio cathegorematica. i. vt significatione vel officio: et tōrdē modis dicitur sine cathegorematica. Dicitur cathegorematica significatione est illa que significat aliquid: vt homo: deus: angelus. etc. et per oppositū sine cathegorematica est illa que non significat aliquid: sed solum aliqui ter: vt omnis: aliq;: et: vel: etc. sed dictio categorematica officio est illa que in oratione potest esse suppositum vel appositū: hec. n. sunt duo officia terminorū in oratione positoz: et p̄positū sine cathegorematica est illa que nullū tale officium potest habere in oratione. Dicitur ergo autoris nō est intelligendū de cathegorematica et sine cathegorematica significatione: quia sic nō esset verū: nā multa adiectiua nomina. p̄nominia: et participia: quedā etiā partes indeclinabiles significant aliquid: verbū etiā substantiuū: quod est cathegorematicū secundū logicos in p̄positione de est tertio adiacēte: nō significat aliquid: sed solum aliqua liter: q̄a significat completiue. i. vniōne p̄dicatū cū subiecto. Est ergo notabile autoris intelligendū de cathegorematica et sine cathegorematica officio: nā in hoc sensu est verū: q̄ sole due partes orationis nomen et verbum sunt cathegorematicę: et ideo ille sole due dicuntur partes orationis secundū logicos: alie autem partes sunt sine cathegorematicę officio: quia nullum officium possunt habere in oratione: Et qdē de quattuor partibus indeclinabilibus hoc notissimū est: de pronomine autē pronominaliter accepto: et de participio participialiter accepto etiā probatur: quia tunc sunt velut adiectiua quedā et determinationes suppositi et appositū: et ita patet q̄ oratio simpliciter prima seu primo vera: et solo nomine substantiuo et verbo substantiuo rectis constituitur. Sunt igit due tantum ptes orationis logicę: nomen et verbum: quare ly vox posita in duabus diffinitionibus nominis et verbi: debet intelligi cathegorematica officio.

Diffinitio.

Ratio est vox significatiua ad placitum. cuius partes separate aliquid significant. Addita est hec particula ad differentiam nominis et verbi: quorum partes non significant separate. Alie huius diffinitionis particule declarande sunt vt prius in diffinitionibus

nois et verbi. Orationū vero species accipi debent secundū verborum modos: vt oratio indicatiua: imperatiua: optatiua: subiunctiua et infinitiua. Sed earū sola indicatiua est oratio logica: quā et p̄ponem vel enunciationē vocant: quia ea sola est perfecta: significans aliquid esse vel non esse: vere aut false. Reliquas vero orationes: logicus valere sinit apud grāmaticos et rhetores.

Scholium sine glossa.

Cum oratio logica ex nomine cōset et verbo: quorum alterum significat cū tempore: alterum sine tempore: neutrum horū positū est in diffinitione orationis: ad evitandam confusionē. Additum vero est: cuius partes separate aliquid significant: et hoc intelligi habet de partibus principalibus: que sunt dictiones: nō de literis et syllabis: q̄a ille etiam in nomine et verbo: etiā composite figur: nū significant vt ptes sunt: intelligatur etiam q̄ ille partes orationis significant in eo implere: nō autem cōplere vt oratio. Hęc est q̄ significant hanc rem aut illā scōrum: non autē q̄ significant aliquid esse aut non esse. Unde patet q̄ differenter aut equivoce accipitur vox significatiua in diffinitionibus nominis et verbi: et in diffinitione orationis. Circa diffinitionē orationis in suas species Petrus Iunior: expōit primam diffinitionem orationis perfecte et imperfecte: eo q̄ illa nihil aut perparū faciat ad logicū institutū. Sequentem etiam diffinitionem paucribus persūmrit verbis: quia ex grāmaticis erat notissima: et quia p̄ter orationem indicatiuā: aliarū nulla videt esse p̄fecta oratio se sola accepta: nec significat aliquid esse vel non esse vere aut false: quod est propriū logicę mūnis. Hęc utinere vero possunt ille orationes ad grāmaticos: vt doceat quomodo sint construende: et ad rhetores: quatenus per eas valeat animoz affectiones varias suscitare: aut rep̄imere ad persuadendos homines.

Caput quartū: de propopositione quantum ad eius essentialia.

Propositio: vel potius enunciatio: est oratio verū aut falsū significans: indicādo. Oratio ponitur in hac diffinitione loco generis: quod seqtur in ea ponit ad differentiam aliarū orationū ab indicatiua. Significare verum: est dicere esse quod est: vel nō esse quod nō est. Sed significare falsum contra: est dicere eē quod nō est: vel nō esse quod est. Propositionū duo sunt genera: categorica et hypothetica. Categorica propositio est illa q̄ habet subiectū: p̄-



dicatū: z copulā pncipales partes sui: vt homo est aial. In hac enim oratione homo est subiectū; animal est predica- tum; z verbum substantiū est copula: quia coniungit vnū cū altero. C Dicitur autem categorica a categorico verbo greco: quod est p dico latine: inde categorica est predicatiua oratio: in qua scilicet alterū de altero pdicatur: hoc ē: predicatum de subiecto dicitur. Subiectum ppōnis est extremū eius ante copulam: de quo dicitur alterū extremū: pdicatum est extremū ppōnis post copulam: quod z de subiecto dicit. De propositione hypothetica infra dicemus. C Categoricarum propositio num adhuc due sunt species: ppositio de inesse: z propositio modalis. Ppositio de inesse est illa categorica: cuius copula est simplex verbū: vt homo est aibus: z dicitur de inesse. i. de simplici inherencia pdicati ad subiectū. Modalis vero est categorica propositio: cuius copula est modificata. i. determinata aliquo aduerbio: vt hō contingēter est albus. z de ista inferius dicemus. Ppositio de inesse: iterū diuiditur in species accidentales penes quātitatem z qualitātē eius. C Quātitas ppōnis categorice de inesse pncipue attenditur ex parte subiecti sui: vt sit quātitas propositiois extensio sui subiecti ad significata sua: Unde penes quātitātē: propositioum categoricarum de inesse: alia est vniuersalis: alia particularis: alia indefinita: z alia singularis. Vniuersalis est illa: in qua subijcitur terminus cōmuni: signovniuersali determinat. vt omnis hō currit: Terminus cōmuni est nomē substantiū appellatiū: z cōmune multis: vt homo dicitur de Socrate Platone: z de alijs hōibus: Signū vniuersale: est adiectiuum eius faciens ipsum accipi pro omnibus suis significatis: qualia sunt hec: omnis: nullus: quilibet: vterq: neuter: z alia huiusmodi. Particularis propositio est illa: in qua subijcitur terminus cōmuni-

Inter pncipales partes categorice. 3 Ppositio de inesse. 4 Quātitas propositiois de inesse. 5 Vniuersalis. 6 Particularis.

nis signo particulari determinatus: vt aliquis homo currit. Signū particulare est adiectiuū ei⁹ faciens subiectū p vno suo significato accipi: qualia sunt hec: aliquis: qdam: alter: reliquus: z alia huiusmodi. Indefinita ppositio est illa in qua subijcitur terminus cōis sine signo: vt homo currit. Singularis ppō est illa: cuius subiectū est terminus discretus. vt Petrus currit. vel cuius subiectū est terminus cōis determinatus p nomine demonstratiuo: vt iste homo currit. Terminus discretus vel singularis est nomen propriū alicuius: quod z de vno solo dicitur: vt Petrus: Joannes. Anthonius. Hec de quātitate propositionis. C Qualitas ppōnis categorice de inesse: attenditur ex parte copule. Unde huiusmodi ppōnum: alia est affirmatiua. z alia negatiua. Affirmatiua ppositio est illa: cuius copule nulla apponitur negatio: vt deus est trinus z vnus: eōtra vero negatiua ppō est illa cuius copule addita est negatio: vt de⁹ nō est corpus. C Patēt igitur pncipue tres diuisiones ppōnis: post eius diuisionē positē. Prima fuit diuisio penes substantiā ppōnis. Secūda penes quātitatem eius. Tertia penes ipsius qualitātē. Unde ad examen nouicio: um triplex solet formari quesitiū de aliq propositioe: que. qualis: et quanta. primum querit de substantia propositiois: ideo ad ipsum responderi debet p membra prime diuisionis: puta qd est propositio categorica vel hypothetica. Qualis querit de qualitate propositionis: ideo respondendum erit p membra tertie diuisionis: scilicet qd est affirmatiua vel negatiua propositio. Quanta querit de quantitate propositionis: z ita ad eam oportet respondere p membra secunde diuisionis: videlicet qd est ppositio vniuersalis: vel particularis: indefinita: aut singularis: z ad memorie adiutorium ponitur iste versus. Que: ca. vel byp. qualis: ne. vel af. v. quanta par. in. sin.

Indefinita. Singularis. 5 Qualitas ppositiois. 6 Triplex in terminis.

C Scholium sine glosa. C Vocabulum ppositio aptius erit quarto libello de syllogismis. hinc vero primo libello magis conuenit hec nomē enunciatio: quod z diffinitio hic posita ab autore: indicat. s. per significare: quod est enunciar: eide est criterius nunciare: quamuis autorez hec duo nomina sepius confundant: z alterum pro altero ponant indifferenter: vt videre licet in hoc primo libello: vbi magis sonat propositio q enunciatio. C Item autē ppositio vel enunciatio significare ve rū vel fallū: eo modo quo voces z scripture dicūt significare cōcept⁹ mētis. ait. n. Aristoteles in pmo libro peribermenas. sine autē ea q sunt in voce: carū que sunt in anima passionū notē. i. signa. te. Et ponūtur hic verum z falsum pro veritate z falsitate: que sunt propositiones mentales: easq significat propositioes vocales: ait enim Aristoteles in sexto libro stoicorum metaphisicorum prope finē: verū z falsum sunt in mente: nam propositio vocalis non est vera aut falsa nisi de nominatiōe extrinseca. i. a veritate aut falsitate que est in mente: et eo quod hec illa enunciat: sicut vna dicitur sanā: non a sanitate que in ipsa sit. sed a sanitate animalis: quam ipsa significat. Ppostet etiam dici qd hec duo nomina verum z falsum: sunt accipiēda pro aduerbijs vere vel false: vt sit sensus: nunciatio est illa oratio: que significat vere aut false aliquid esse vel non esse: vt lettera sequens declarat: scilicet: dicendo esse quod est vel non esse qd non est. te. Et quia sola oratio indicatiua hoc modo significat: ideo additur particula indicandō. i. z huiusmodi est oratio indicatiua. vel indicandō. i. enunciat do aliquid esse vel non esse. C Prima diuisio p: opositiois in categoricam z hypotheticam: ideo dicitur secundū substantiā propositionis: qa est diuisio generis in species: de qbus ipsam diuisum predicatē essentialiter. i. substantiāliter. Similiter z subdiuisio categorice in propositionē de inesse z modalē: etiā est generis in species: quā tamē per autorē omiserat: sed addidit etiā Buridanus in suis summis. Alie vero due diuisiones penes quātitātē z qualitātē propositionis dicunt accidentales: qa diuisum nō predicatur de membris essentialiter: sed solū accidentaliter: quare membra diuisionū nō sunt species. Ppositiois categorice: sed partes in modo: quozū vocabulozū declarationes inuenies infra in sexto libello de locis dialecticis. C In diffinitioe. ppōnis categorice tres propositionis partes ibi nominat: nō semp sunt explicate: sed aliquando implicite: z hoc triplicite: primum ppōne de est secūdo adiacēte: vt homo est. Secūdo in verbis crepte actionis: vt pluit: tonat. te. Tertio in verbis adiectiuis: vt homo currit. te. In huiusmodi. n. ppōibus nō apparēt tres illi termini: subiectū: pdicatum: z copula explicate. Debent ergo resolu ppōnes. i. replicari: z inueniēti ibi tres termini: vt hō est ens: deus vel natura est pluens: hō est currēs. Unde ad tollendā hanc ambiguitatē: Pde- trus Hispanus recētor creplū huius diffinitionis mutauit dicēs: hō est anima: quod nouiciozū introductioni est aalius. Subiectū etiā z pdicatum diffinitioes ambiguas p contrariata nomina: declarauit p relatiuozū fundamēt: dicēs: subiectū est ppōnis extremū: te. C Circa interpretationē ppōnis de in-

Terū z falsum quomodo. 2 Diuisio secundū substantiam. 3 Tres termini ppositiois.

esse aduertē: qd inesse vlt inherere in logica nō est aliud q pdicari: z ita dicit Aristoteles sepius: q pdicatum inesse inheret subiecto: z hoc bisaria. i. cōmunitē z ppe. qd sicut cōmunitē qdē: sine sit pdicatio affirmatiua sine ne logica. gatiua: sine essentialis sine accidentalis. Pproprie vero: quādo est pdicatio solū affirmatiua: z pncipue accidentalis. In pposito autē inherere debet accipi cōmunitē z nō pncipue: Et hoc qdē iterū distinguit: ga ppositiois copula potest duobus modis accipi. i. vel simplex z sola: vel aduerbio associata aut determinata. Ppōmo modo dicitur ppositio de inesse. i. de inherencia simplici pdicati ad subiectū: vt hō est sapiēs. Secūdo modo est ppositio modalis. i. de copula modificata seu determinata: vt hō contingēter est currēs. C De quātitate ppōnis notare cōuenit qd hec duo nomina: quātitas z qualitas ex factijs realibus trāsumpta sunt ad se: motionales: sicut z plura alia. Quātitas. n. scilicet motionales pncipue omnū inuēte sunt: vt docet Hugo de sancto Victorē in suo didactalione: quare opus fuit has ab alijs vocabula vsurpare plurima. in alia tamē acceptioe aliaq significacione. Quātitas ergo in rebus corporeis est carū creatio: q z magnitudo vel quātitas cōtinua dicit. vt creatio ligni aut lapidis in lōgū: latū. z profundū. pbysi Qualitas vero est rei dispositio ad aliqd agendū vel ca. patēdiū: vt calor: frigiditas. te. Et analogiā ad res creatas: ppositiois quātitas est subiecti eius creatio ad sua significata: puta qd accipiat p omnib⁹ suis significatis copulatiue aut disiunctiue: vel p quibusdā eozū determinate vel indeterminate. Unde apparet multiplex ppōnis quātitas. i. vniuersalis p omnibus copulatiue: particularis p vno indeterminate: indefinita p omnib⁹ disiunctiue: singularis p vno determinato suo significato: C Qualitas vno ppōnis est copule dispositio ad enunciatū de rebus: puta affirmatiue: z dicendo rem esse: vel negatiue dicendo rem nō esse. Unde patet duplex ppositiois quātitas: affirmatiua z negatiua. C De termino cōmuni dōsereto manifesta est declaratio: quod. n. grāmaticus dictionem aut partem orationis vocat: hec idem logicus terminū vocat. Et cū hic duas tātum ponat orationis partes nomē z verbi: officiu nominis est supponere verbo. i. esse verbi suppositum ante vel post ipsum veniens: officiu verbi est vnire subiectū z pdicatum inter ea cadēs: ergo ter minus ppositiois est ppe nomē: qa est eius extremū ipsam determinans vt pncipiū aut finis eius. Termin⁹ itaqz cōis est nomē cōe: quod z nomē appellatiū vocat grāmaticus: vt homo: animal: plāta. te. z qa est cōe nomen: habet sub se plura nomina propria. Terminus discretus aut singularis: est nomē ppōis alicuius: vt Socrates: Plato: Aristoteles. C Negatio deniqz est aduerbiū negadi: vt nō: nō: nō: hāud. te. z hui⁹ triplex est officiu. Quando. n. addit nomini p appositionē: dicitur negatio infinitas: vt nō hō: nō lapis. te. z tunc nomē dicit infinitū: quādo autē additur nomini per cōpositionē: dicitur negatio priuans: vt iniustus: impiēs: z tunc dicitur nomen priuatiū: sed quādo additur verbo sine copule propositionis: dicitur negatio negas: z tūc facit propositionē negatiua: vt homo nō est lapis: z de huiusmodi negatione est intelligenda diffinitio propositionis negatiue.

Terminus cōmuni. 5 Triplex negatio infinitans priuans. 6 Negatio.



In his duobus divisionibus de quantitate et de qualitate propositionum categoricarum de inesse: auctor solus loquitur de propositionibus simplicibus subiecti et simplicis copule: que et dicuntur simplicis quantitates et simplicis qualitatis: et hoc facit propter notitios logicos auditores: parans eis faciles introductiones. Sed preter has sunt alie propositiones categorice de inesse mixte quantitates: mixtas subiecti: ex recto et obliquo: ut cuiuslibet hominis oculus est dexter: homo omnem equum videns est albus. Item modales quedam habent mixtam quantitate: sicut dicto modo: ut inferius apparebit. Sunt et propositiones mixte copule mixteque qualitatis: ut hec: quodlibet animal est vel non est substantia: et alie plures ad hunc modum: sed has varietates lectores poterunt prouectis iam discipulis explicare.

Caput quintum: de oppositionibus propositionum.

Est essentialia propositionum categoricarum: dicamus de earum accidentibus: que passionibus et proprietatibus propositionum dici solent. Sed earum tres precipuas hic declarare intendimus. s. oppositionem: equipollentiam: et conuersionem: et oes sunt relationes. Pro quarum declaratione quedam divisiones sunt premittende de propositionum comparatione. Prima diuisio. Propositionum categoricarum de inesse: quedam conueniunt in utroque termino ut homo est animal: homo non est animal. Alie in uno tantum: ut homo est animal: homo est albus. Alie demum in nullo termino comunicant: ut homo currit: aquila uolat. Secunda diuisio. Propositionum in utroque termino conuenientium: quedam habent terminos positos secundum eundem ordinem: ut lapis est animatus: lapis non est animatus. Alie habent terminos permutatos: et ordine conuerso dispositos: ut homo est animal: et animal est homo. Predictae igitur tres proprietates omnes conueniunt propositionibus in utroque termino comunicantibus: et non alijs. Sed due partes: oppositio et equipollentia: conueniunt propositionibus utroque termino comunicantibus secundum eundem ordinem: conuersio autem conuenit propositionibus que habent eosdem terminos ordine permutato. His premissis

Tres proprietates relationes

Prima diuisio

Secunda diuisio

dicamus iam de singulis earum. **O**ppositio est duarum propositionum categoricarum: utroque termino participatiuum secundum eundem ordinem: repugnancia in quantitate vel in qualitate: vel utroque modo simul. unde etiam sequitur earum dem repugnancia in veritate aut in falsitate: aut in utraque simul: ut ois homo est albus: aliquis homo non est albus. **O**ppositarum vero propositionum quadruplex est differentia: nam earum quedam sunt contrarie: alie subcontrarie: alie contradictorie: et alie subalterne. **C**ontrarie sunt propositiones opposite in qualitate: sed ambe uniuersales: eiusdem subiecti: eiusdemque predicati. et eodem modo acceptorum: ut quilibet homo est animal: et nullus homo est animal. **S**ubcontrarie sunt propositiones opposite etiam in qualitate: sed ambe particulares aut indefinite: eiusdem subiecti eiusdemque predicati: et eodem modo acceptorum: ut aliquis homo est sapiens: et aliquis homo non est sapiens. **C**ontradictorie sunt propositiones opposite in quantitate et qualitate simul: itaque una earum est uniuersalis et altera particularis vel indefinita: una affirmatiua et altera negatiua: eiusdem subiecti eiusdemque predicati: et eodem modo acceptorum: ut quilibet homo est albus: aliquis homo non est albus: vel nullus homo est albus: et aliquis homo est albus. **S**ubalterne sunt propositiones opposite in quantitate: sed ambe eiusdem qualitatis utroque termino comunicantes secundum eundem ordinem et consimiliter accepto: ut quilibet homo est bipes: et aliquis homo est bipes: vel nullus homo est lapis: et aliquis homo non est lapis. **H**actenus de oppositione categoricarum propositionum in quantitate vel in qualitate: que etiam dicitur oppositio earum de forma ut demonstrat subiecta figura.

Oppositio quod sit.

Quadruplex oppositio.


Contraria.

Subcontraria.

Contradictoria.

Subalterna.

Vult de natura pastillos prima figura. Quatuor in numero comitate mero.



Iam vero dicamus de oppositione earumdem propositionum in veritate vel falsitate: que et dicitur oppositio ipsarum de lege: per qua melius intelligenda: premittenda est hec diuisio trimembris. **P**ropositionum categoricarum de inesse: triplex est materia: naturalis: contingens: et remota. **H**ocam hic materia propositionum: categorice: habitudine terminorum ei ad inuicem: hoc est quomodo se habet predicatum ad subiectum: que sunt materia propositionis: nam copula potest dici forma que materia propositionis: **N**aturalis materia est: quando predicatum vere affirmatur de subiecto: et non potest vere negari de eo: puta: quia est essentialis vel proprium eius: ut homo est animal: homo est rationalis: homo est risibilis. **C**ontingens materia: quando predicatum potest quidem vere affirmari: et iterum vere negari de subiecto: quia est accidens eius. ut homo est albus: sed des: currer. **R**emota materia propositionis est: quando predicatum eius ita est extraneum a subiecto: quod potest quidem vere negari nunquam autem affirmari de eo: ut homo est lapis: angelus est corpus etc. **Q**uibus premissis: ponamus regulas propositionum oppositarum secundum veritatem et falsitatem. **L**ex sine natura propositionum contrariarum est: quod repugnant in veri-

Triplex materia propositionum.

Lex contrariarum.

rate: non aut in falsitate. **H**oc est: quod nunquam possunt esse simul vere: sed aliquando possunt esse simul false: puta quando sunt propositiones de contingenti materia: ut quilibet homo est albus: et nullus homo est albus. **S**ed quando sunt propositiones de materia naturali: aut remota: nec possunt esse simul vere: neque simul false: ut quilibet homo est animal: et nullus homo est animal: vel quilibet homo est lapis. et nullus homo est lapis. **S**ubcontrariarum lex siue natura est: quod repugnant in falsitate: non autem in veritate. hoc est: quod nunquam possunt esse simul false: sed aliquando possunt esse simul vere: puta quando sunt propositiones de contingenti materia: ut aliquis homo est albus: et aliquis homo non est albus. **I**n materia autem naturali et remota: nec simul vere: neque simul false esse possunt: ut aliquis homo est risibilis: et aliquis homo non est risibilis. vel aliquis homo est lapis: et aliquis homo non est lapis. **U**nde lex subcontrariarum opposito modo se habet ad legem contrariarum. **C**ontradictoriarum lex siue regula in fallibilis est: quod repugnant tam in veritate quam in falsitate. hoc est: quod nunquam possunt esse simul vere: aut simul false: ex quacumque sint materia: ut quilibet homo est rationalis: et aliquis homo non est rationalis: vel nullus homo est lapis: et aliquis homo est lapis. **S**ubalternarum propositionum lex aut regula est: quod neque repugnant in veritate: neque in falsitate: hoc est: quod possunt in omni materia esse simul vere: aut simul false: nam si uniuersalis earum fuerit vera: subalterna eius particularis erit etiam vera in omni materia: et si particularis fuerit falsa: etiam sua uniuersalis erit falsa: non autem e contra: nam potest dari particularis vera: quando sua uniuersalis erit falsa: puta in contingenti materia: ut aliquis homo est albus: et ois homo est albus: sed in materia naturali et remota similiter se habent subalterne in veritate et falsitate: ut quilibet homo est animal: et aliquis homo est animal: vel nullus homo est lapis: et aliquis homo non est lapis.

Lex subcontrariarum

Lex contradictoriarum.

Lex subalternarum.



Scholium sine glossa.

Essentialis declaratio propositionum fit per carum diffinitiones et diuisiones: accidentalis vero per carum proprietates sine passionibus. Sed propositionum accidentales proprietates duplices distinguuntur: absolute scilicet et respectue sine relative. Absolutas vocamus eas: que conueniunt vni propositioni scilicet sum accepte. non comparate ad aliam propositionem: cuiusmodi sunt: quantitas: qualitas: et modus: vt possibilitas: necessitas: et contingetia. et de his non intedit autor in hoc capite: na de duabus primis intedit in capite quarto precedenti: de tertia vero ager in capite septimo inferius. Respectue sine comparatione proprietates sunt ille: quibus vna propositio ad alteram refertur aut comparatur: vt oppositio: equipollentia: et conuersio: de quibus profectum intedit in hoc capite: et in sequenti. Et quia iste passiones solis conueniunt propositioibus: et est de terminis constitutis: hac de re primus duas diuisiones de comparatione propositioibus et per terminos: que sunt extremas carum: factis patet in ista autoris. Et oppositio: de qua agitur in hoc capite interpretatur contrapositio: que et repugnancia est vni propositioibus ad alteram: non quidem in essendo: cum non sint qualitates contrarie: sed in enunciando. scilicet quia vna earum negat id quod altera affirmat: vel contra. Sed hec repugnancia potest adhuc contingere duobus modis. Primo: ratione predicatorum repugnantium: cuiusmodi sunt iste propositioibus: animal est sanum: animal est egrum: corpus est album: corpus est nigrum: Socrates est viduus: Socrates est cecus. et. Sed quia huiusmodi propositioibus non constant ex eisdem terminis: de hac repugnancia carum non agit autor in hoc loco: sed inferius in tertio libello de predicamentis in capite. rii. Secundo: ratione modi enunciatum. scilicet penes affirmationem et negationem eorum in eisdem terminis: et de ista propositioibus repugnancia est sermo in hoc capite: quia autor diuidit in quatuor species: quamuis propositioibus subalterne proprie non sint oppositio: nec eas posuit Aristoteles: quia nec repugnant in modo enunciandi: nec in veritate aut falsitate: tamen posita est illa oppositio ab autore ad claudendum figuram illam quadrangularem ex omni parte. Ad intelligentiam veriorum diffinitionum istarum quatuor specierum oppositioibus: Petrus Hispanus recentior addidit finem carum particularum: eodem modo acceptor: et sensus est: quod in omni oppositioibus propositioibus: termini debent accipi personaliter: vniuersaliter: nec magis aut minus ample vel restricte in vna earum quam in altera: nec dissimili modo appellat in eis termini cognoscantur: sed eodem modo teneantur quantum ad legales terminorum proprietates: na ex defectu cuiuslibet istarum conditionum: propositioibus que videtur oppositio: non essent oppositio. Et replum in contrariis: iste non sunt contrarie: omnis canis est lateralis: et nullus canis est lateralis: quia canis accipitur et quocumque modo possunt esse simul vere. Nec iste sunt contrarie: omnis homo est sedens: et nullus homo est sedens: quia terminus homo magis restricte accipitur in secunda quam in prima: et essent simul vere: quando sole ponentur mulieres: et ille omnes sederet. Nec iste sunt contrarie: quilibet homo venientem cognoscit: et nullus homo

cognoscit venientem: quia variatur appellatio rationis ex parte illius accusati venientem: ideo possunt esse simul vere: Nec iste sunt contrarie: omne animal est totum in quantitate: et nullus animal est totus in quantitate: quia ambe sunt vere subiectis carum materialiter acceptis: propositioibus autem contrarie nunquam possunt esse simul vere. Eodem modo dicitur de subcontrariis: et de contradictionibus propter defectum predictarum conditionum. Aduertendum etiam: quod in qualibet specie oppositioibus sunt duplices propositioibus. Quaedam enim sunt contrarie vel subcontrarie: aut contradictione de forma et de lege simul: alie non de forma sed solus de lege: aut de primis locis: est: non autem de secundis: quibus et his que ipse dicit de primis: alie intelligi possunt: hoc modo. Contrarie de forma sunt vniuersalis affirmativa: et vniuersalis negatiua. et. sic se habent quod riam. totum vniuersaliter subiectum distribuitur: sed predicatum vniuersaliter distribuitur: alterius vero non: sed particulariter accipitur. Unde iste non sunt contrarie: omnis homo animal est: et omnis homo animal non est: quia predicatum animal in neutra earum distribuitur: et ideo sunt simul vere. Contrarie de lege solus sunt due propositioibus diuersae qualitatis vtroque termino eodem ordine participantibus: quarum omnes termini communes distribuitur: aut saltem vniuersaliter aliquis terminus vniuersaliter tenetur: reliqui vero alterius vniuersaliter: ille inquam contrariarum legem participat: quibus ambe non sunt vniuersales: vt iste propositioibus: nullus homo currit: et iste homo currit. Similiter iste: omne equum videt: et alie plures ad hunc modum: quia possunt simul esse falsae: non autem simul vere: quod est lex contrariarum. Subcontrarie de forma sunt particularis vel indefinita affirmatiua: et particularis vel indefinita negatiua. et. sic se habent quod totum vniuersaliter subiectum particulariter tenetur: sed earum vniuersaliter predicatum vniuersaliter: alterius vero particulariter accipitur. Sed subcontrarie solus de lege sunt propositioibus diuersae qualitatis vtroque termino eodem ordine participantibus: quarum nullus terminus communis vniuersaliter accipitur: aut saltem vniuersaliter earum aliquis terminus particulariter: alterius vero omnes particulariter accipiuntur: ille quidem quibus ambe non sunt particularis: tamen legem subcontrariarum obseruat: hoc est: possunt simul esse vere: non autem simul falsae. exempla patet ex predictis de contrariis secundum legem. Contradictione propositioibus categorice de inesse sunt duplices. Quaedam singulares: alie communes. Contradictione singulares: sunt due propositioibus singulares diuersae qualitatis vtroque termino secundum eundem ordinem participantibus: vt Socrates legit: et Socrates non legit: et de his non loquitur autor in littera: nec potest alia oppositio conuenire propositioibus singularibus: quod contradictio. Contradictione communes sunt duplices. Quaedam de forma et de lege simul: alie solus de lege. Contradictione de forma: sunt vniuersalis affirmatiua: et particularis negatiua: aut contra. et. sic se habent: quod totum vniuersaliter subiectum vniuersaliter et alterius particulariter tenetur: eademque varietas fit in predicatis earum. Sed contradictione de lege sunt due propositioibus diuersae qualitatis vtroque termino eodem ordine participantibus: in quibus quilibet terminus com-

Oppositio de lege.

Contraria.

Subcontraria.

Contradictio.

munis non distribuitur in vna: distribuitur in altera: et contra: distribuitur in vna non distribuitur in altera: ille inquam legem contradictionum participat cuiusque sunt quantitates: hoc est quod nec possunt esse simul vere: nec simul falsae. Exempla sunt sicut illa que data sunt in contrariis. Similiter due particularis aut indefinitae in materia naturali et remota: et in materia contingenti cum relatione identitatis: vt homo currit: et idem homo non currit. In contradictoriis de forma aduertit: quod signa et negationes que ponuntur ante copulam propositioibus: non sunt partes subiecti aut predicatorum: nisi quando includitur inter partes subiecti aut predicatorum: tunc distribuantur aliquo terminum in vna oppositarum: eundem debent distribui in altera: vt omnis homo qui non videt est cecus: contradicit huic: aliquis homo qui non videt non est cecus: alie terminus videns in vtraque distribuitur: hoc casu excepto: semper terminus communis non distribuitur in vna contradictoriarum: debet distribui in altera: et contra. Subalterne propositioibus de forma sunt propositioibus eiusdem qualitatis: quarum altera est vniuersalis: et altera particularis: et contra. et. sic se habent: quod totum vniuersaliter subiectum vniuersaliter: alterius particulariter: ambarum vero predicatum eodem modo tenentur. Subalterne de lege sunt due propositioibus eiusdem qualitatis: vtroque termino eodem ordine participantibus: quarum altera terminum aut terminos habet vniuersaliter sumptos: altera vero nullum aut pauciores habet vniuersaliter acceptos. Prima enim ad secundam vniuersalis habet cuiusque sunt qualitatis: et legem subalternarum participat: hoc est: si prima sit vera: secunda erit vera: non contra: quod si secunda fuerit falsa: prima erit falsa: non contra. Que in littera autoris dicitur de triplici materia propositioibus categoricarum: ex secundo libello de predicabilibus pendet: na predicationes generis: speciei: differentie: et proprii: sunt de naturali materia. Predicationes quoniam predicabilis. scilicet accidentis: sunt de materia contingenti: sed predicationes terminorum oppositorum aut disparatorum: sunt ex materia remota. Leges vero propositioibus oppositarum verissime sunt: et demonstratione constare possunt. Est enim lex contradictoriarum principum logicum per se notum: et in demonstrabile: quod alius verbis se poni solet: de quolibet est affirmatio vel negatio vera aut falsa: et de nullo simul ambe. Propositioibus contradictione vocatur ab Aristotele affirmatio et negatio: vel alius verbis: non contingit. non est possibile idem simul affirmari et negari de eodem subiecto. Unde propositioibus contradictione non possunt simul esse vere: nec simul falsae: repugnat ergo in veritate et in falsitate. Et subalternarum quibus non sit propositio per se nota: est tamen principum indemonstrabile in logica. scilicet ad vniuersalem veram euidenter sequitur particularis vera: si enim omnis homo est risibilis: ergo aliquis homo est risibilis: et si particularis est falsa: euidenter sequitur quod eius vniuersalis sit falsa: si enim aliquis homo non currit: necessario sequitur quod non omnis homo currit. Et his duobus principibus manifeste demonstrari possunt leges propositioibus contrariarum et subcontrariarum. scilicet quod nec due contrarie possunt simul esse vere: nec due subcontrarie simul falsae. Si enim due vni-

Subalterne.

Contraria.

Contradictio.

Leges demonstrant.

uersales contrarie concederentur simul vere: ergo due subcontrarie particularis essent simul vere: per legem subalternarum: inde sequeretur quod due contra dictione essent simul vere: contra legem contradictionum. Iterum si due particularis subcontrarie essent simul falsae: due vniuersales contrarie essent simul falsae: per legem subalternarum: inde sequeretur quod due contra dictione essent simul falsae: quod repugnat legem contradictionum. Aduertit tamen circa legem subalternarum: quod vniuersalis propositio potest duobus modis verificari: logice. scilicet rhetorice. Propositio vniuersalis logica ad sui veritatem requirit: quod omnis eius particularis sint vere: ita quod nulla carum sit falsa. Unde in his logicis ad veritatem vniuersalis sequitur veritas cuiuslibet particularis: et hoc modo examinatur veritas propositioibus vniuersalis in scientiis speculative: que procedunt artificio logico: quales sunt: metaphysica: physica: et scientie mathematicae: vt Aristoteles docet in secundo libro sue Metaphysice. Propositio vniuersalis rhetorice ad sui veritatem requirit: quod plures eius particularis: et si non omnes: sint vere. Unde in his rhetorice ad veritatem vniuersalis esse veram: cum aliqua vel aliquibus paucis particularibus falsis: et hoc secundum modo non primo examinari debet veritas propositioibus vniuersalis in scientiis practiciis: que procedunt artificio rhetorico: cuiusmodi sunt: scientia moralis: legalis: canonica: et medicina: atque etiam sacra scriptura biblica: nulla enim potest in eis dari lex vel regula generalis: quod non deficiat in aliquibus casibus: nihilominus tamen esse vera: quia communiter tenet in pluribus et frequenter. Hoc namque modo vera est illa vniuersalis: que ponitur in dicitur primo. Erubet autem ad Joannem omnis Iudea: et Hierosolimita omnes: non enim intedit debeat Enagelista dicere: quod nullus mase rit in Iudea: et Hierosolima: quod non erit ad Joannem videndum et audiendum. Et hoc notabile soluerentur multe questiones in theologia: precipue in questione de conceptione immaculata deipare virginis Marie: aduersus quam solet adduci ille vniuersalis: omnes in Adam peccauerunt: ad Romanos. 5. et illud psalmi: omnes declinauerunt. et. quod vere sunt etiam state privilegio matris Christi: iuxta illud Hieronimus. Non propter te: sed propter oes lex hec posita est. sed de his alias oportet esse agendum.

Uniuersalis logica.

Uniuersalis rhetorice.

Caput sextum de equipollentiis: et de conuersionibus propositionum de inesse.

Equipollentia est duarum propositionum oppositarum equivalens in veritate aut falsitate. Et fit per appositionem negationis in alterutra earum: vel in vtraque: que ex subiectis regulis declarabitur. Prima regula. Si alicui signo vniuersali vel particulari preponatur negatio: illa propositio equipollent sue contradictorie: vt iste due equipollent: non omnis homo currit: et alius quis homo non currit: et contra: non



quidam homo non currit: et omnis homo currit: et ita de alijs duabus contradi-
dictorijs: Secunda regula. Si alicui signo vniuersali postponatur negatio; illa propositio equalit sue contrarie; vt iste due equipollent: omnis homo non currit: et nullus homo currit: et contra: nullus homo non currit: et omnis homo currit.
Tertia regula. Si alicui signo vniuersali vel particulari preponatur et postponatur negatio; illa propositio equalit sue subalterne; vt iste due equipollent: non omnis homo non currit: et aliquis homo currit: et contra: non quidam homo non currit: et omnis homo currit: et ita de alijs duabus. Harum regularum summam continet iste versus.
Pre contradi: post contra: pre postq subalter.
Exemplorum versus.
Non ois qda non: omnis non quasi nullus.
Non nullus qda: nullus non valet eis.
Non alter neuter: neuter non prestat uterq.
Explicetis tribus regulis potest alia et quarta elici regula. Quod si duo signa vniuersalia negatiua ponuntur in eadem propositione; alterum a parte subiecti; et alterum a parte predicati: primum equipollent suo contrario; et secundum suo contradictorio; vt iste due equipollent: nihil est nihil: et quodlibet est aliquid: sicut nullus non et omnis. item nonnihil et aliquid equipollent sicut nonnullus et quidam.
De conuersionibus.
Conuersio pponit categorica. Quid de inesse: est consequentia alteri ad alteram in veritate et falsitate: ex eo quod participant utroque termino ordine econuerso; vt homo est animal: ergo animal est homo. Et in eis potest dari triplex conuersio: simplex: per accidens: et per contrapositionem.
Simplex conuersio est quando fit de subiecto propositionis predicatum: et de predicato subiectum; manente eadem qualitate eademque quantitate propositionis: et hoc modo potest conuerti vniuersalis negatiua in seipsam; et particularis affirmatiua etiam in seipsam; vt nullus homo est lapis: ergo nullus lapis est homo. aliquid homo est animal: ergo aliquid animal est homo.
Conuersio per accidens est: quando permutatis propositionis extremis; manet eadem propositionis qualitas; sed mutatur eius quantitas. s. vniuersalis in particularem; et hoc modo possunt conuerti due propositiones vniuersales contrarie; vt omnis homo est animal: ergo aliquod animal est homo: similiter: nullus homo est lapis: et aliquis lapis non est homo.
Conuersio per contrapositionem fit: quando mutato ordine terminorum propositionis; manenteque eadem eius quantitate et qualitate: ex terminis finitis sunt termini infiniti: et hoc modo conuertitur propositio vniuersalis affirmatiua in seipsam; et similiter particularis negatiua in seipsam; vt omnis homo est animal: ergo omne non animal est non homo: similiter: quodam homo non est lapis: ergo quidam non lapis non est non homo. Harum regularum summa sunt isti versus.
Simpliciter feci: conuertitur eua per accidens. Astro per contra: sic fit conuersio tota. Afferit. a. negat. e. sunt vltres ambe. Afferit. i. negat. o. sunt particulariter abo.
Est etiam aduertendum quod in conuersione terminorum propositionis; debet seruari congruitas grammatica; quando signum vniuersale aut particulare vniuersali termino apponitur alteri. Preterea in oppositionibus; equipollentibus; et conuersionibus; debet idem esse iudicium de propositionibus indefinitis; quod et de particularibus dictum est.
Scholium siue glossa.
Equipollentia propositionum inuititur oppositio earum: quare post oppositionem regulas ponende erant equipollentiarum regule: et tertio loco regule conuersionis proponuntur: quod fecit Petrus in Hispania receptior: mutans ordinem antiquum: vt quod n. equipollentia propositionum categoricarum ponebatur post oes hypotheticas: Rationes regularum equipollentiarum: vniuersales sunt: quia negatio negans (secus de infinitate) delet omne illud quod post se inuenit: quare illius oppositum ponit: ergo negatio hypolitae toti propositioni: tollit eius quantitatem et qualitatem. Et quia contradictorie propositiones opponuntur in quantitate et qualitate simul: negatio preposita ponit oppositam qualitatem: quia et affirmatiua facit negatiua. propositio: et et negatiua affirmatiua: sicut etiam oppositam quantitatem: quia et vniuersali facit particularem propositionem: et et particulari vniuersalem: ideo facit contradictorias equipollentes. Et negatio autem negans modi facit eas eiusdem qualitatis: et ita equipollentes. Et quia contrarie propositiones conueniunt in quantitate opponuntur autem in qualitate: ideo negatio huiusmodi facit eas eiusdem qualitatis: et ita equipollentes. Negationes autem due super eandem copulam cadentes inuicem se impediunt: ideo non mutant propositionis qualitatem: sed earum prior si cadat supra totum subiectum: mutat propositionis quantitatem: quare negatio preposita et postposita subiecto propositionis: et cadens super copulam: facit equipollentes subalternas propositiones: que differunt solum in quantitate. In subcontrarijs autem nulla ponitur equipollentia earum regularum: quia in eis negatio postposita subiecto: sed ante copulam: facit propositionem synonymam sue subcontrarie: equipollentes autem propositiones non debent esse synonyme. Unde scire oportet: quod duplex dari potest propositio in equipollentia in veritate et falsitate: altera in significando: altera in consequendo. Primo modo equipollent propositiones synonyme. i. ponitur similes: vt homo est animal: et homo est animal: et istis correspondet eadem propositio mentalis: quam iste due significant: et propterea dicuntur equipollentes in significando. Secundo modo equipollent propositiones: quas vocamus equipollentes: quia quum non sint propositiones synonyme: nec eandem mentalem habeant: tamen vna earum sequitur ad alteram in veritate aut falsitate: et econtra altera ad alteram: et de hac equipollentia est inter hec duo definitio equipollentia: quam posuit autor. Propositiones ergo subcontrarie per aduentum negationis quamuis possunt fieri synonyme: tamen non possunt fieri equipollentes. Et in his equipollentibus debet obseruari ille conditiones terminorum: que dicte sunt in oppositionibus. s. quod terminum in utraque propositione teneantur personaliter: vniuersale: eque ample aut restricte: et quod eodem modo appellentur. Et similiter in conuersionibus. Quarta denique regula equipollentiarum de duobus signis negatiuis: est intelligenda sic: quod illa duo signa precedant copulam: et se impediunt reddant propositionem affirmatiua: hoc modo nihil nihil est: alias propositio esset negatiua: et non equipolleret illi affirmatiue: quodlibet est aliquid. Possent etiam dari propositiones due: que per omnes istas quatuor regulas essent equipollentes. s. iste: non aliquis homo nullum animal est: et quilibet homo aliquod animal est: sed de his satis: nam ista non creunt extra parietes logicas: hoc est nihil conferunt ad alias scientias: que nulla fere vim faciunt in signis istis sine categoricis. Comparando autem oppositionem propositionum ad earum equipollentiam notabis ista: Non potest melius dari contradictoria alicui propositionis: quod preponendo negationem toti propositioni: vel postpositam auferendo. Impossibile est plura ad inuicem non equipollentia: eadem contradicere. Quicquid contradicit aut equipollent vni equipollentium: et alteri. Non equipollent ea: quorum vnum esse verum altero existente falso: est possibile. Item affirmatiua non equi-

Secunda regula.

Tertia regula.

Quarta regula.

Conuersio.

Simplex.

Per accidens.

Per contrapositionem.

4

1

Negatio.

nalet negatiue neque econtra: quia negatiua habet plures causas veritatis quam affirmatiua: et potest esse vera: quando affirmatiua esset falsa. Et conuersionis propositionum categoricarum genus ponitur consequentia in sua diffinitione: sed quia non omnis consequentia est conuersio: addita est differentia ista: ex eo quod propositiones participant utroque termino ordine conuerso. Et quia in omni consequentia ponit antecedens et consequens et nota illationis: ita in conuersione: sed discretionis gratia: antecedens conuersionis dicitur propositio conuersa: et consequens dicitur propositio conuertens. Et sicut datur consequentia bona: ita datur etiam conuersio bona est quando ad conuersam de necessitate sequitur conuertens. mala vero quando hec non sequitur ad illam. Et quemadmodum bene consequentia due sunt species: consequentia formalis: et materialis: ita etiam conuersionum alie sunt formales: alie materiales. Conuersiones formales sunt: conuersio simplex: et per accidens: sed conuersio per contrapositionem est solum materialis consequentia: non enim tenet in omnibus terminis arguendo in simili forma: nam vniuersalis affirmatiua cuius predicatum est terminus transcendens: non bene conuertitur per contrapositionem: vt non sequitur: omnis homo est existens: ergo omne non existens est non homo: quia prima est vera: et secunda falsa: cum sit affirmatiua: cuius subiectum non supponit. Similiter particularis negatiua cuius subiectum non supponit: non bene conuertitur per contrapositionem: vt non sequitur: aliqua chimera non est homo: ergo aliquis non homo non est non chimera: quia prima est vera et secunda falsa: vt patet ex sua contradictoria que est vera. Ergo autor conuersionem diffinit: in tres species eam diuidens: largo modo accepit conuersionem per omnia bona conuersione: siue sit formalis consequentia siue solum materialis: et hoc fecit vt in omnibus quatuor angulis figure oppositionum daret conuersiones. De conuersione autem propositionis singularis: sicut neque de eius oppositione: aut equipollentia: nihil est esse dicit: eo quod propositio singularis non pertinet ad scientias sapientum: ad quas ipse disponere intendit homines per suas regulas logicas. Nec loquitur hic de conuersione omnium propositionum communium: sed de solis categoricis de inesse: nam de modalibus postea dicitur est. Nec denique agit hic de conuersione propositionum de inesse: que conuenit eis ratione finis terminorum: puta quia constant ex terminis conuertibilibus: qualis est hec consequentia: omnis homo est animal: ergo omne risibile est animal: sed solum loquitur de consequentia bona duarum propositionum utroque termino participantium: ex eo quod habet terminos diuerso modo positos. i. quod subiectum vniuersale carum est simile predicato alterius: et econtra. Ad faciendas conuersiones istas (quas autor docet) oportet aduertere: quod si propositio que ponitur conuertenda: fuerit implicita seu inuoluta: prius explicetur et declaratur quod conuerti curetur: cuiusmodi sunt iste: panis est in arca: videtur equum esse curres: et alie plures: tunc clara est littera: cui adduntur hec pauca: que etiam ex littera autoris elici possunt. Vniuersalis affirmatiua propositio conuertitur per accidens in particularem affirmatiua: et per contrapositionem potest conuerti in vniuersalem et etiam in particularem affirmatiua: vt omnis homo est animal: et

3

Propositio.

Conuersio.

Nota.

Nota.

Alie re.



go omne non animal est non homo: et ergo aliquod non animal est non homo. Uniuersalis negatiua potest simpliciter conuerteri in uniuersalem negatiuam: et per accidens in particularem negatiuam: ut demum per contrapositionem in particularem negatiuam: ut nullo homo est lapis: ergo nullus lapis est homo: ergo aliquis lapis non est homo: ergo aliquis non lapis non est non homo. Et si particulares propositiones singulis tantum conuersionibus possunt conuertere. scilicet affirmatiua solum simpliciter: et negatiua solum per contrapositionem. scilicet conuersione formali et confueta. Et si minutissima queque conspiceret velis: in conuersionibus canone arguas a non distributo ad distributum: aut indebita confuso ad determinatum: quoniam nec in disciplinis auctori parui momenti existimantur. Circa conuersionem tertiam: adhuc oportet aduertere: quod negatio infinitans quouis non facit propositionem negatiuam: tamen negat significationem termini cui apponitur: ita quod tollit ab eo significationem que habet: et ponit ei omnia significationem que non habet: ut homo significat animalia que habent animam rationale: et nullas alias res huiusmodi: sed non homo oppositum non significat homines: sed significat omnes alias res huius mundi: quia terminus finit? et terminus infinitus sunt aduicem contradicentur: et diuinctum ex eis est terminus transcendens in significando et supponedo. scilicet pro omnibus rebus mundi: ergo illius diuincti quelibet pars significat aliquas res: et omnes alias dimittit pro alia parte. Unde si terminus finitus fuerit transcendens in supponedo: ut ens res: verum: bonum. et terminus infinitus ei oppositus nihil significat: ut non ens: non res. et si terminus finitus nihil significat: pro nullo supponit: ut chimera: hircoceruus. et terminus infinitus ei oppositus omnes res huius mundi significat: ut non chimera. et uniuersaliter quoniam plura significat terminus finitus: tanto pauciora significat terminus infinitus ei oppositus: et contra: si ille copre bendit pauciora: ille plura. Et dicitur: quod duo termini finiti se habent sicut magis commune et minus commune: negatio infinitans eis apponita euerit ordinem earum. scilicet facit de magis commune minus commune: et contra: ut homo est nomen minus commune: tamen mal est magis commune: sed non homo est magis commune quam non animal: et sic de alijs: ergo si hec uniuersalis affirmatiua est vera: omnis homo est animal: quod predicatur genus de sua specie: etiam hec erit vera: omne non animal est non homo: quia predicatur genus de sua specie: patet ergo ratio conuersionis per contrapositionem quod sit bona consequentia: est tamen consequentia materialis: quia determinat certam conditionem terminorum: sed de his adhuc fiet mentio in tertio huius libello in capite de predicamento quantitates: ubi declarabit illud dubium: quod est ponit aliquid in predicamento reductiue. Et notabile vltimum in littera antonis propositionum. scilicet de propositione indefinita: certum est: quia sicut propositionis particularis subiectum stat determinate: ita et subiectum propositionis indefinite: sunt finita. ergo propositiones eiusdem quantitates. Et quia regule oppositionum equipollentiarum et conuersionum sequuntur quantitates et qualitates propositionum: ut patet ex dictis: sequitur quod idem erit iudicium de oppositione: equipollentiarum conuersione indefinite: quod habitum est de propositione particulari: ita quod sicut particularis affirmatiua est subalterna uniuersali affirmatiue: et contradicentia uniuersali negatiue: et subcontraria particularis negatiue: et potest equipollere uniuersalibus propositionibus per unam vel per duas negationes sibi oppositas: et potest conuerti simpliciter. et eodem modo et indefinita affirmatiua opponitur: equipollent eisdem: et conuertitur simpliciter. et eodem modo quod dictum est de oppositione: equipollentia: atque de conuersione particularis negatiue. idem dictum esse intelligat de indefinita negatiua: et hoc quod verum est: deinde finita cuius subiectum nullum habet signum: nam sunt quedam indefinite que habent signum non quantificans: ut tantum homo est rationalis: sola auis volat: et alie huiusmodi: in quibus est aliquantula varietas a propositione particulari quantum ad proprietates supradictas. De propositione autem singulari non est eadem ratio sicut de propositione particulari: ideo vltima huius notabilis particularis est Petrus in Hispania recitatio: post Duridam. Ad maiorem tamen replicationem eorum que dicta sunt circa distinctionem conuersionis: addamus hic pauca de consequentibus propositionum categoricarum. Est enim consequentia ista: aggregatum ex duabus propositionibus categoricis cum coniunctione illatiua: que eas vnit ac denotat alteram sequi ad alteram: ut homo est animal: ergo homo est substantia: Et hanc categoricam priorem dicitur antecedens: posterior vero consequens quia illa antecedit: hec vero consequitur: et conuictio illatiua apud logicos vocatur nota illationis aut sequelle: quia denotat quod consequens inferitur ex antecedente et sequitur ad ipsum. Consequentia seu aggregatum predictum est duplex: alterum est vera consequentia: et dicitur bona consequentia. Alterum est solum apparenis et non vera consequentia: que et dicitur mala consequentia: ut homo est rationalis: ergo lapis est in pariete: et dicitur mala consequentia: quia possibile est antecedens esse verum: consequente existente falso. Sed bona consequentia est illa cuius antecedens esse verum consequente existente falso est impossibile: ut homo currit: ergo homo mouetur. Consequentia bona est duplex: altera materialis: altera formalis. Materialis consequentia bona est illa que non tenet in omnibus terminis et propositionibus consimili forma arguendi retenta. Formalis autem consequentia dicitur: quia tenet in omnibus consimili forma obseruata. Per tinetia ad formam similem duarum categoricarum: sunt hec: similis quantitas: qualitas: similis propositionum: similis terminorum suppositio: ampliatio: restrictio: appellatio: restrictio aut non restrictio terminorum super totam propositionem. nam varietas earum in aliquo istorum mutat propositionis formam. In propositionibus autem hypotheticis preter hec requiritur. Idem numerus terminorum et similis situs eorum. Et si dicitur consequentia diffinitionem et diuisionem consequentie ponamus quedam generales regulas consequentiarum. Si dicitur gule ma. Quicquid sequitur ad consequens bone consequentie: sequitur ad eius antecedens: et potest per multas consequentias procedi de primo ad vltimum. Secunda regula. In bona consequentia sicut ad antecedens sequitur consequens: ita ad oppositum contradicentium consequentis sequitur oppositum contra dicto rium antecedentis: vnde sequitur tertia regula. Si ad aliquid consequentie oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis: aut aliquid ei repugnans: consequentia illa fuit bona. Repugnantia sunt illa que simul esse vera non possunt. Sed de his satis: et hec pauca sunt valde necessaria ad quartum libellum huius de syllogismis.

Negatio infinitans

Regula bona

4

Capitulum septimum de propositione modali. Fo. xij. propositionis cum subiecto eius: ut cum dico: homo necessario est animal: vel petrus contingenter est currēs. et significo rem predicati necessario conuenire rei significate per subiectum: et huiusmodi propositio dicitur proprie modalis: quia eius copula est modificata. id est determinata aliquomodo. Dimissis ergo omnibus alijs modis: de solis illis: que verbum determinat ratione copule aut compositionis: agere intendimus: quales sunt: possibile: impossibile: necessarium: contingens: verum: falsum: per se: per accidens: et alij plures. vnde patet distinctio modi proprie accepti: quia est ille qui determinat verbum propositionis in ratione copule: inde etiam sequitur distinctio propositionis modalis. Est enim modalis propositio categorica: cuius copula est modificata aliquo predicato: ut modorum: quales sunt iste: homo vere est substantia: necessario est rationalis: possibiliter est currēs: per se est risibilis: homo impossibiliter aut falso est lapis: contingenter vel per accidens est albus: et ita de alijs multis ad hunc modum. Modalium propositionum est quedam differentia in hoc loco attendenda: nam earum quedam sunt que ratione modi non habent speciales regulas oppositionum equipollentiarum: et conuersionum: preter eas que superius posite sunt: in propositionibus de inesse: alie vero habent has passiones alio modo regulatas quam propositiones de inesse: prime earum sunt que determinantur his modis: per se: per accidens: vero: et falso. Secunde vero determinantur his modis: possibile: impossibile: necessarium: contingenter. Quare et utri de passionibus modalium propositionum: remittemus priores modales ad superiore: et secundas diligenter examinabimus. Harum insuper modalium quedam dicuntur modales coposite: alie modales diuise. Composita modalis est: quando modus est determinatio totius propositionis de inesse: ita quod sit subiectum vel predicatum totius modalis: ut si dicam

De propositione singulari.

Consequentia quid. Antecedens.

Consequentia bona

Materialis

Consequentia formalis. Materialis.

Consequenter

Capitulum septimum: de propositione categorica modali: quantum ad eius essentialia.

Modus: a quo propositio categorica modalis dicitur: est adiectiua determinatio subiecti eius: vel predicati: aut etiam copule: immo et totius propositionis: ut homo albus currit: homo est animal rationale: homo contingenter est legens: hominem sedere est possibile: aut est verum. Et quemadmodum apud grammaticos distinguitur duplex adiectiua. scilicet nominis et verbi (ait enim Priscianus): quod verbum est ut verbi adiectiuum: ita apud logicos est duplex modus: alter nominalis: alter verbalis: proprie autem loquendo: propositio categorica non dicitur modalis a modo nominali: quod est determinatio subiecti: aut predicati: vel etiam totius propositionis: sed tantum a modo verbalis: qui est determinatio copule. Neque tamen ab omni tali modo propositio categorica dicitur proprie modalis: sunt enim aduerbiorum quedam determinantia verbum ratione sui modi grammatici: puta optatiui: ut vltinam: o si. vel subiunctiui: ut si: cum. et. Alia ratione loci: ut hic: illic: huc: istuc. et. Alia ratione temporis: ut hodie: heri: nunc: modo. et. Alia ratione participij aut nominis verbalis: ut bene: male: tarde: velociter: cum enim dico petrus currit bene: aut velociter: significo quod cursus eius sit bonus aut velocis. et. Et a nullo talium modorum propositio dicitur proprie esse modalis: sed potest de inesse. Alia denique sunt aduerbia que determinant verbum in ratione copule. id est ratione verbi substantiui: quod solum est verbum secundum logicos: quia copulat seu vnit predicatum

Modus quid sit

Modus duplex

Modus verbalis multiplex

riam consequentis sequitur oppositum contra dicto rium antecedentis: vnde sequitur tertia regula. Si ad aliquid consequentie oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis: aut aliquid ei repugnans: consequentia illa fuit bona. Repugnantia sunt illa que simul esse vera non possunt. Sed de his satis: et hec pauca sunt valde necessaria ad quartum libellum huius de syllogismis. propositio dicitur proprie modalis: quia eius copula est modificata. id est determinata aliquomodo. Dimissis ergo omnibus alijs modis: de solis illis: que verbum determinat ratione copule aut compositionis: agere intendimus: quales sunt: possibile: impossibile: necessarium: contingens: verum: falsum: per se: per accidens: et alij plures. vnde patet distinctio modi proprie accepti: quia est ille qui determinat verbum propositionis in ratione copule: inde etiam sequitur distinctio propositionis modalis. Est enim modalis propositio categorica: cuius copula est modificata aliquo predicato: ut modorum: quales sunt iste: homo vere est substantia: necessario est rationalis: possibiliter est currēs: per se est risibilis: homo impossibiliter aut falso est lapis: contingenter vel per accidens est albus: et ita de alijs multis ad hunc modum. Modalium propositionum est quedam differentia in hoc loco attendenda: nam earum quedam sunt que ratione modi non habent speciales regulas oppositionum equipollentiarum: et conuersionum: preter eas que superius posite sunt: in propositionibus de inesse: alie vero habent has passiones alio modo regulatas quam propositiones de inesse: prime earum sunt que determinantur his modis: per se: per accidens: vero: et falso. Secunde vero determinantur his modis: possibile: impossibile: necessarium: contingenter. Quare et utri de passionibus modalium propositionum: remittemus priores modales ad superiore: et secundas diligenter examinabimus. Harum insuper modalium quedam dicuntur modales coposite: alie modales diuise. Composita modalis est: quando modus est determinatio totius propositionis de inesse: ita quod sit subiectum vel predicatum totius modalis: ut si dicam

Modus probe quid.

Modalis propositio quid.

Duplices modales.

Modo posita modo



homo currit: est propositio contingens; aut possibilis; vel hominem currere est contingens seu possibile: Quobus enim modis potest fieri modalis composita, scilicet in dicatio et infinitiuo; sed frequentius fit sub modo infinitiuo. Unde oratio illa infinitiuo modi solet vocari dictum: quia non est propositio; sed ex dicto illo et modo cum copula fit modalis composita; et secundum communiorum usum loquentium: in huiusmodi modalibus; dictum debet subijci; modus autem predicari. **¶** Modalis diuisa est quando modus est determinatio copule in ratione compositionis predicati cum subiecto; ut deus necessario est trinus; homo contingenter est sapiens; impossibiliter est lapis; possibiliter est calidus etc. **¶** Proprie autem loquendo; modalis composita non est modalis; sed propositio mere de inesse; quia eius copula non determinatur aliquo modo; dicitur tamen modalis; quia modus est extremum eius; sola ergo modalis diuisa est vere et proprie modalis. Nihilominus tamen nos maiorum vestigia sequentes; de utriusque modalibus agemus; earum passiones inquirentes. **¶** De quantitate vero modalium tripliciter loqui possumus; quia vel quantum ad solum dictum; vel quantum ad solum modum; vel quantum ad totam propositionem modalem. Et quidem modales compositae omnes sunt indefinitae (si eis non addatur signum quantificationis) quia necunquam sit eius dictum; et quicumque sit ille modus. **¶** Modalis diuisa quantitas dicitur accipitur sicut in propositionibus de inesse, scilicet ex parte subiecti eius. Quantitas modi est varia. nam possibile et contingens sunt modi particulares; necessarium et impossibile sunt modi vniuersales. Totius vero propositionis quantitas; ex utraque predictarum resultat, unde ipsa aliquando est tota vniuersalis; aliquando partim vniuersalis; et partim particularis. et hoc vel ex parte subiecti; vel ex parte modi; aut vice versa. **¶** Qualitas modalis

3. Modalis diuisa.

4. De quantitate modalium.

3

compositae; eodem penitus modo est accipienda sicut in propositione de inesse. Sed modalis diuisa quantitas varia est; nam copula eius est aggregatum ex verbis modo. **¶** Modorum autem duo sunt affirmatiui possibile vel contingens; et necessarium; duo negatiui impossibile et possibile non; vel contingens non. **¶** Tertius. **¶** De necessitate valet impossibile nullus. **¶** Possibile quidam; quidam non possibile non. Unde si nulla addatur negatio super verbum et modum affirmatiuum; vel due negationes sese impediunt; erit tota propositio affirmatiua; ut homo possibiliter est albus; si autem modus fuerit negatiuus; vel super totam copulam; aut saltem super verbum copulae; una addatur negatio non impedita; erit propositio negatiua. ut homo impossibiliter est lapis, vel non possibiliter; vel possibiliter non est lapis. Sed haec magis clarescent ex dicendis.

Scholium sine glossa.

¶ Modus est illa dictio que aliam modificat et determinat; nam modificare est determinare. Infra etiam in secundo huius libelli de locis dialecticis; distinguetur totum in modo; ut homo; a parte in modo; ut homo albus; quia additur homini ille modus albus; determinans ipsum ad significandum non omnes homines; sed eos tantum qui habent colorem illum. homo ergo significat omnes homines; et propterea dicitur totum; sed homo albus; parte significat quosdam homines; et propria dicitur pars sub homine; quia restringitur hominis significatio per adiectiuum albus; ideo homo albus dicitur pars in modo; quia ad partem significatorum hominis determinatur per modum et adiectiuum. Autor ergo modum valde confuse et communiter diffinens in principio capituli huius; ipsum dicit esse adiectiuam determinationem alterius. **¶** Sed non forte aliquis deceptus vocabulo adiectiuum; propter plerumque adiectiuum etiam apud grammaticos; quod ex dicto infertur; preceptum grammaticum autem prima dicitur; manifeste comprobatur; nam ille non solum nomini; sed etiam verbis adiectiuum sua concessit dicens; quod aduerbium est velut adiectiuum verbi. scilicet in propositione; nam sicut nomen adiectiuum appositum nomini substantiuo; modificat siue determinat ipsum in sua significatione; ita similiter aduerbium appositum verbo; modificat atque determinat ipsum in ratione significationis; ut petrus ambulat lente; currit velociter; etcetera. vel ratione modi; tempore; et aliorum verborum accidentium. Et ne longius euaginemur in modorum diuersitatibus; autor de solo adiectiuo aut modo verbalium curam habere voluit; quia a solo illo proposito dicitur

De qualitate eius.

2

Octo modi verbales.

dicitur modalis proprie; nec tamen a quocumque tali; sed tantum ab eo qui verbum determinat in ratione copulae; scilicet qui determinat verbum substantiuum (quod solum est proprie verbum apud logicos superius in capite secundo declaratum est; ipsumque vocat propositio copula) vel qui determinat verbum adiectiuum ratione verbi substantiuum in eo inclusi; et non ratione sui participij; nam modus sic determinans verbum; modificat propositionis copulam; quia sola et non a subiecto vel predicto; propositio dicitur proprie modalis; scilicet quia habet copulam modificatam; ut superius in cap. 4. declaratum est; inde modi et propositionis modalis speciales et proprie diffinitiones clare sunt in litera autoris. **¶** Sed adhuc modorum modaliumque propositionum proprie dicitur; aliam subiungit diffinitionem; quae respicit modalium passiones; oppositiones; equipollentias; et conversiones; cum enim octo explicasset modos facientes propositiones proprie modales; ille qui sunt a quatuor istis; verum; falsum; per se; et per accidens; non habet speciales regulas oppositionum; equipollentiarum; et conversionum suarum; propter eas quae posite sunt in superioribus pro illis que sunt propositiones de inesse; ut iste; homo est rationalis; homo vere est rationalis; homo per se est rationalis; et iste; homo est albus; homo vere est albus; et homo per accidens est albus; et iste; homo est lapis; homo false est lapis; et homo perperam est lapis; si cur. n. iste propter; aliquid homo est rationalis; et nullus homo vere est rationalis; et sicut iste due equipollent; homo est rationalis; et nonnullus homo est rationalis; ita etiam iste due equipollent; homo vere est rationalis; et sicut ista; homo est rationalis; conuertitur simpliciter in ista; rationale est homo; ita etiam ista; homo vere est rationalis; conuertitur simpliciter in ista; rationale veraciter est homo. Eodem modo esset dicendum de alijs tribus modis; discernendo per singulas passiones propositionum categoricarum; quae non variantur in modalibus illorum modorum. Sed ille propositiones quae sunt modales per alios quatuor modos; possibile; impossibile; contingens; et necessarium; requirunt speciales regulas oppositionum; equipollentiarum; et conversionum; praeter eas que superius posite sunt in categoricis de inesse; ut ex sequentibus capitulis fiet manifestum. **¶** Ratio diuersitatis horum quatuor et illorum quatuor modorum est haec; quia isti posteriores modi omnes sunt termini ampliativi; nec tamen omnes sunt affirmatiui; ideo quando apponuntur copulae propositionis categoricae; variant aliquo modo eius quantitatem et qualitatem; et per consequens variant ipsius oppositionum; equipollentiam; et conversionem; quibus variatis oportet variari harum passionum regulas; sed illi quatuor priores modi omnes sunt affirmatiui; nullusque eorum est ampliativus; non ergo mutant quantitatem aut qualitatem propositionis categoricae; cum apponuntur; quare non requirunt speciales regulas pro suis oppositionibus; equipollentibus; et conversionibus; praeter eas que posite sunt pro illis de inesse; que omnes inuicem quantitati et qualitati propositionum categoricarum. Quare tota cura; totumque conatus autoris in propositionibus modalibus ver

tur circa modales quatuor modorum posteriorum; ut earum passiones suis proprijs regulis declararet; imo tota difficultas stat circa tres tantum istorum modorum; scilicet; possibile; impossibile; et necessarium; nam contingens in hoc loco accipitur ut conuertitur cum possibile; quare idem iudicium est habendum de propositionibus utriusque. **¶** Distinctio quam penit autor propositionum modalium per diuisas modales et compositas; non est diuisio generis in species; neque in partes in modo; sed est diuisio vocabuli in duas significationes; quarum altera est dictum simpliciter; altera vero dictum secundum quid; scilicet eo modo quo diuideretur homo in hominem viuum et in hominem mortuum; aut pictum; aut imaginatum; nam sicut homo viuus est homo simpliciter; homo autem mortuus; pictus vel imaginatus; non est homo; sed potius hominis similitudo; ita propositio modalis diuisa est propositio modalis simpliciter; quia eius copula est modificata. a. determinata modo; sed modalis composita non habet copulam modificatam; ideo non est modalis propositio simpliciter; sed potius de inesse; dicitur tamen modalis secundum quid. scilicet quia in ea ponitur modus ut subiectum vel predicatum eius; Unde in ea modus est determinatio totius propositionis de inesse; et non copulae. Sicut ergo homo pictus non est homo; sed est homo pictus; ita modalis composita non est modalis; sed est modalis composita; nam ly composita est additio diminutivae; et facit dictum secundum quid; sicut ly pictus. Est adhuc alia istarum propositionum differentia; quia in modalibus diuisa termini accipiuntur personam a. significatione pro rebus ad extra; ut homo possibiliter est albus; vel hominem possibile esse album; sed in propositione modalis composita termini stat materialiter per se ipsos; ut cum dico; homo est albus; est propositio possibilis; vel hominem esse album est possibile; sensus est; quod haec oratio indicatiua; homo est albus; vel haec oratio infinitiua hominem esse album; est oratio possibilis. scilicet potest esse vera. In modalibus ergo diuisa fit sermo de rebus; in modalibus autem composita est sermo de vocabulis. Quamuis autem modalis composita non sit vere modalis; conueniunt tamen auctores de eius passionibus agere in tractatu de modalibus diuisis; immo Petrus Hispanus antiquior de solis modalibus compositis egit cum modalium oppositiones et equipollentias declarauit; et de earum conuersionibus nihil dixit. **¶** Recentior vero Petrus Hispanus predictas tres propositionum passiones luculentissime declarauit post Buridanum tam in modalibus diuisis quam in compositis; ut patebit in cap. sequentibus. **¶** Pro earum introductione; de modalium quantitate et qualitate differunt in calce huius septimi capituli. De quantitate modalis compositae facilis est determinatio; cum enim eius dictum sit materialiter; censendum est ac si esset vniuersale nomen commune sine signo; ideo omnis modalis composita cuiuscumque sit modi; et qualiscumque sit dictum; est indefinita; si ei non addatur signum vniuersale aut particulare; vel etiam pronomen demonstratiuum; quod signum quando additur; debet esse generis neutri; et cum signo materialitatis; ut haec est indefinita; omnis homo currit est contingens; similiter ista; locutus sedere est possibile; ita de alijs omnibus; si autem vniuersalis quilibet istarum addido ei in principio oculus ly; est

3. Modalis simpliciter dicta.

4. Modalis secundum quid.

4. Quantitas modalis per pronomen.

5



Quanti-
tas mo-
dalis
diuise

Quali-
tas mo-
dalis

addere ei quoddam ly: fiet p[ro]p[ri]etas: et si addere hoc ly:
fuerit singularis. De qualitate modalis coposite ni-
bilitud est dicendum q[uo]d dictum sit in propositioni-
bus de inesse: cum eadem sit copula in his et in illis.
Quantitas autem in modalibus diuisa varia et mul-
tiplax est: nam ex parte dicti: quum accipiatur per-
sonaliter: potest esse p[ro]positio vniuersalis: particu-
laris: indchinita: vel singularis. Ex parte vero mo-
di propositiones de necessario et de impossibili sunt
vniuersales: sed p[ro]positiones de possibili et de con-
tingenti sunt particulares. Ex his duabus quanti-
tatibus particularibus: resultat totalis quantitas p[ro]-
positio modalis diuise: potest enim esse tota vni-
uersalis: vt omnis homo necessario est rationalis:
omnis homo impossibiliter est lapis. Potest etiā
esse tota particularis: vt aliquis homo possibiliter
est sapiens: contingenter est currens. Potest rur-
sum esse vniuersalis ex parte dicti: et particularis ex
parte modi: vt omnis homo possibiliter est currens:
vel particularis ex parte dicti: et vniuersalis ex par-
te modi: vt aliquis homo necessario est animal. Po-
test deniq[ue] p[ro]positio modalis diuisa esse indchinita
vel singularis ex parte dicti: et vniuersalis aut par-
ticularis ex pte modi. etc. Qualitas modalis diuisa
se sumenda est ex parte copule sicut in propositione
de inesse: hoc crecepto: q[uo]d modalis p[ro]positio est
mixta copule: scilicet ex verbo et modo. ideo potest
aliquando tota copula esse affirmata vel tota nega-
ta: et potest vna pars copule esse affirmata et altera
negata: et tūc si principalior pars copule (que est ver-
bum) sit negata: erit tota modalis negatiua: quam
uis de modo non negato. si autem erit modalis af-
firmatiua. Unde modorum duo sunt affirmatiui:
possibile et necesse: et duo negatiui: impossibile: et pos-
sibile non. Contingens autem sicut et possibile: po-
test esse affirmatiuus vel negatiuus: hoc notant ver-
sus ille. Omne necesse valet. Necesse est mod[us] vni-
uersalis affirmatiuus: sicut hoc signū omnis in p[ro]-
positionibus de inesse: Valet impossibile null[us]. i. est
modus vniuersalis negatiuus: sicut hoc signum nul-
lus. Possibile vero est modus particularis affirma-
tiuus sicut hoc signum quidam. Possibile non: est
modus particularis negatiuus: sicut hoc signum
quidam non. etc.

Caput octauū: de oppositionibus modalium diuisarum.

Accedentes ad passiones modalium:
dicamus p[ri]mū de oppositionib[us]
earū: q[ue] modificat[ur] trib[us] modis: possibi-
le: impossibile: et necessariū: nam moda-
les aliorū modorū iā expedite sunt. Et
modalium diuisarū oppositiōes quinq[ue]
regulis cōprehēdemus. Prima erit
de p[ro]p[ri]etibus singularibus ex pte di-
cti: ad hunc modū. Propositiones ca-
tegorice singulares modales eiusdem
subiecti: eiusdēq[ue] p[ro]dicati: oppositae ta-
men q[ue]ntitatis et q[ue]ntitatis ex parte modi

Prima
regula.

sunt cōtradictorie tā de forma q[uam] de le-
ge: vt petrus necessario est aial: et petr[us]
possibiliter non est aial: vel iohannes im-
possibiliter est lapis: et iohannes possibi-
liter est lapis. Sed si p[ro]dicte p[ro]p[ri]et[es] sin-
gulares essent diuerse q[ue]ntitatis: et am-
be de modo vniuersali: haberent legē
contrariarū: q[uo]is nō essent contrarie
de forma: vt Socrates necessario ē aial
et Socrates impossibiliter est aial. Quod
si ambe singulares diuerse q[ue]ntitatis fue-
rint de modo particulari: habebunt legē
subcontrariarū: licet nō formā: vt Pla-
to possibiliter est sapiens: et Plato possi-
biliter non est sapiens. Deniq[ue] si due sin-
gulares p[ro]dicte ambe sint eiusdē q[ue]nti-
tatis ex pte dicti: sed earū altera fuerit vni-
uersalis: altera particularis ex pte modi:
participant legē subalternarū: quāuis
earū formā non habent: vt Aristoteles
necessario est rationalis: et Aristoteles
possibiliter est rationalis: vel Aristote-
les impossibiliter est lapis: et Aristote-
les possibiliter nō est lapis. Secūda
regula: q[uo]d due p[ro]p[ri]etates modales diui-
se de subiecto cōi: si fuerint vtroq[ue] ter-
mino secundū eundē ordinem cōmu-
nicātes: sed diuerse qualitatis: ac etiam
diuerse quantitatis: tā ex parte dicti q[uam]
ex parte modi: erūt cōtradictorie sim-
pliciter: et de lege et de forma: vt quilibet
homo possibiliter non est aial: et quilibet
homo necessario est animal: vel aliquis
homo impossibiliter est lapis: et aliquis
hō possibiliter est lapis. Tertia re-
gula. Si p[ro]dicte due p[ro]p[ri]etates essent di-
uerse q[ue]ntitatis: sed ambe vniuersales: tā
de dicto q[uam] de modo: ille simplr essent
contrarie. i. et de forma et de lege: vt ois leo
necessario est rugibilis: et ois leo impos-
sibiliter est rugibilis. Quarta regu-
la. Si huiusmodi p[ro]p[ri]etates diuerse
q[ue]ntitatis ambe essēt p[ro]dicte de dicto
similiter et de modo: cōterentur subcon-
trarie simplr: hoc est de forma et de le-
ge: vt aliquis ceruus possibiliter est cur-
rens: et aliquis ceruus possibiliter nō est
currens. Quinta regula. Si iam

Secun-
da.

Tertia

Quar-
ta.

Quin-
ta.

dicte due p[ro]p[ri]etates modales diuise am-
be fuerint eiusdē qualitatis: sed diuer-
se q[ue]ntitatis tā de dicto q[uam] de modo. ita
q[uo]d vna earū sit vniuersalis vtroq[ue]q[ue]: et
altera in in vtroq[ue] particularis: erunt
subalterne simpliciter: scilicet de forma
et de lege: vt quilibet bos necessario est
mugibilis: et aliquis bos possibiliter est
mugibilis: vel omnis bos impossibili-
ter est canis: et aliquis bos possibiliter
nō est canis. Ex his possent elici plu-
res alie regule de modalibus diuisis:
vtroq[ue] termino cōmunicatib[us] secūdū
eundē ordinē: que tamē essent varie q[ue]n-
titatis ex pte modi et ex parte dicti: nā
ille nō essent simpliciter contrarie: aut
subalterne: sed secūdū q[uo]d et vno modo
de lege sib[us] repugnarent.

O[mn]e. b. necessario est. a.

Cōtrarie simplr.

O[mn]e. b. impossibiliter est. a.

Subalterne
simpliciter

Cōtrarie
simpliciter

Subalterne
simpliciter

quoddā. b. possibiliter est. a.

Subcontrarie
simpliciter.

quoddam. b. possibiliter non est. a.

Deinde per modū cōtollarij inferit plures alias regulas de oppositionibus modalium diuisarū: que nō
simpliciter sed solum secundum quid sunt cōtrarie: cōtradictorie: subcontrarie: et subalterne: et hoc sub cla-
usula generalit[er] que hoc modo explicari habent in specie.

O[mn]e. b. necessario est. a.
omne. b. possibiliter est. a.
quoddam. b. necessario est. a.
quoddam. b. possibiliter est. a.

O[mn]e. b. impossibiliter est. a.
omne. b. possibiliter non est. a.
quoddam. b. impossibiliter est. a.
quoddam. b. possibiliter non est. a.

Decla-
ratio h-
gure

Alie re-
gule.
Prima

In hac igitur figura sunt octo p[ro]p[ri]etates modales di-
uise. i. quatuor ad dextrā et totidē ad sinistrā e regione
posite: sed earū quatuor extreme: q[ue] sunt p[ri]ma et quarta
a dextris: et iterū p[ri]ma et quarta a sinistris: sunt ille eadē
q[ue] posite erāt in figura p[re]cedēti de oppositionib[us] sim-
pliciter. Quare hui[us] figure p[ri]ma p[ro]p[ri]et[es] dextra: et p[ri]-
ma sinistra sunt cōtrarie simpliciter: q[ui]arta dextra et q[ui]-
arta sinistra subcontrarie simpliciter. Hinc fit vt p[ri]ma
dextra et q[ui]arta sinistra sint cōtradictorie simplr: eodē
modo p[ri]ma sinistra et q[ui]arta dextra p[ro]dicunt sib[us] p[ro]p[ri]is.
vnde p[ri]ma dextra et quarta dextra sunt subalterne
simpliciter: itidē et p[ri]ma sinistra et quarta sinistra: vt
patuit in figura superiore. De quatuor alijs p[ro]p[ri]et[ati]bus
intermedijs ponuntur he octo regule. Pr[imo] p[ri]ma
regula. Quod p[ri]ma p[ro]p[ri]et[es] dextra et secūda sini-
stra: similiter p[ri]ma sinistra et secūda dextra sunt con-
trarie de dicto: sed cōtradictorie de modo: sunt. n. ambe

vniuersales diuerse qualitatis: sed ex modis cōtradi-
ctorijs. Secūda regula: q[uo]d p[ri]ma p[ro]p[ri]et[es] dextra
et tertia sinistra: similiter p[ri]ma sinistra et tertia dextra
opposito modo se habent: q[uo]ia sunt cōtradictorie de
dicto: et contrarie de modo. Tertia regula: p[ri]ma
dextra et secūda etiā dextra: similiter p[ri]ma sinistra
et secūda etiā sinistra. sime subalterne secundum
quid. i. solum de modo: q[uo]ia ambe sunt vniuersales
eiusdē qualitatis: sed ex modis subalternis. Quar-
ta regula: p[ri]ma p[ro]p[ri]et[es] dextra: et tertia etiā dextra: ta-
similiter p[ri]ma sinistra: et tertia etiā sinistra: op-
posito modo se habent: q[uo]ia sunt subalterne solum de di-
cto: et non de modo: sunt enim eiusdē modi p[ro]p[ri]etates:
sed ambe eiusdē qualitatis et diuerse q[ue]ntitatis.
His quatuor regulis comparate sunt p[ri]me vtriusq[ue]
lateris ad omnes intermedijs in vtroq[ue] latere. Di-
cimus iam quomodo secūde vtriusq[ue] lateris cōpa-

L ij



Quinta. ratur ad alias inferiores in vtroque latere. Et sit ergo quinta regula. Secunda pro de terra ad secundam si nistram: et contra: disparate se habet: sunt. n. ambe vniuersales eiusdem modi particularis: et differunt in qualitate: quare nullo genere oppositiois repugnat quia possunt esse simul vere in contingenti materia: et simul false in remota materia. Eodem modo. Sed sparate sese habent tertia dextra et tertia sinistra: ga sunt ambe particulares de modis vniuersalibus: unde in contingenti materia possunt esse simul false. Et sexta regula. Secunda propositio dextra ad tertiam nistram: et secunda sinistra ad tertiam dextram: con tradictorie sunt tam de dicto quam de modo: vt satis co stat: quia differunt in quantitate et qualitate dicti et modi. Et septima regula. Secunda propositio dextra: et quarta sinistra: et similiter secunda sinistra et quarta dextra: subcontrarie sunt ex parte modi: sed contradictorie ex parte dicti. Et octava regula. Pro positiones in eodem latere secunda ad tertiam di sparate sunt: quia permutatam habent quantitate dicti et modi: et sunt eiusdem qualitatis: sed tertia ad quartam: subalterna est ex parte modi solum: quia dicta eorum sinomina sunt: tertia tamen dextra ad quartam sinistram: et tertia sinistra ad quartam dex tram: sese habent subcontrarie quantum ad dictum: et contradictorie quantum ad modum. Et hactenus de oppositioibus modalium diuisarum: quas oes re colligentes: dicimus quod prima propositio cuiuslibet lateris ad omnes alias: septem habet comparatio nes: Secunda vero cuiuslibet lateris habet quinque co parationes ad residuas. Tertia deinde in quolibet latere tribus tantum comparationibus ad remanentes se habet: demum quarta ad quartam vnica est comparatio. Possent ergo qui vellet oes oppositioes modalium diuisarum ad quatuor regulas reducere per septenariam: quartam ternariam: et vnam simplicem comparationem: quas oes ex predictis regulis duodecim facile est declarare.

Caput nonum de equipollentijs modalium diuisarum.

Consequenter equipollentias moda-
Regu-
le diui-
sive.
Quia diuisarum ad quatuor reducimus re
Oppositio et equipollentia singularium modalium.
Petrus necessario est homo. Contrarie
petrus impossibiliter non est homo.
petrus non possibiliter non est homo.

Subalterne

Contradictorie

Subalterne

Petrus possibiliter est homo.
petrus non impossibiliter est homo.
petrus non necessario non est homo.

Subalterne

petrus possibiliter non est homo.
petrus non impossibiliter non est homo.
petrus non necessario non est homo.

Omnes enim tres propositiones que sunt in eodem angulo: sunt sibipfis e-
quipollentes: sed sunt opposite eis que sunt in alijs angulis: comparando singu-
las singulis.

gulas. Et prima sit hec: quod sicut in pro-
positionibus de inesse: ita et in modalibus
diuisis: oes propositiones equipollentes debent
esse eiusdem ac similes quantitati et qualitati:
nam in eisdem terminis nunquam affirmatiua
equipollent negatiue: neque vniuersalis parti-
culari: vel contra. Et secunda regula.
In modalibus eiusdem modi: que tamen habent
dicta opposita: equipollentia fit penitus eo-
dem modo sicut in propositionibus de inesse:
iuxta versusum. Preterea contra: post con-
tra: prepositus sub alter: dum tamen modus
ille non aliter accipitur in vna illarum quam
in alia. Et tertia regula. In modalibus
eiusdem dicti: diuersorum tamen et oppositorum
modorum: equipollentia debet fieri similiter
per negationem propositionum: post positionem: aut
vtraque simul: ad modum solum iuxta qualitate
oponum illorum modorum: hoc tamen obser-
uato: quod dictum non aliter accipiat in vna il-
larum quam in alia. Et quarta regula. In mo-
dalibus oppositis tamen ex parte dicti: que etiam
ex parte modi equipollentia earum est coniecta
da. per hoc quod negatio preposita. vel postpo-
sita: aut vtroque modo apposita: mutet
propositionis qualitatem vel quantitatem: vel vtraque
simul. in quibus erat repugnancia illi: propo-
sitionis ad alteram: siue in dicto siue in modo.
Et iste regule vere sunt tamen in modalibus
de subiecto singulari: que in illis que sunt
de subiecto communi: vt subiecte de-
monstrant figure.

Oppositio et equipollentia modalium communium.

Omne. b. necesse est esse. a.
omne. b. impossibile est non esse. a.
omne. b. non possibile est non esse. a.
nullum. b. necesse est esse. a.
nullum. b. non impossibile est non esse. a.
nullum. b. possibile est non esse. a.
non aliquid. b. non necesse est esse. a.
non aliquid. b. non impossibile est non esse. a.
non aliquid. b. possibile est non esse. a.

Contrarie

Omne. b. impossibile est esse. a.
omne. b. necesse est non esse. a.
omne. b. non possibile est esse. a.
nullum. b. non impossibile est esse. a.
nullum. b. necesse est non esse. a.
nullum. b. possibile est esse. a.
non aliquid. b. non impossibile est esse. a.
non aliquid. b. necesse est non esse. a.
non aliquid. b. possibile est esse. a.

Subalterne

Contradictorie

Subalterne

Aliquod. b. possibile est esse. a.
aliquod. b. non necesse est non esse. a.
aliquod. b. non impossibile est esse. a.
non omne. b. non possibile est esse. a.
non omne. b. necesse est non esse. a.
non omne. b. impossibile est esse. a.
nonnullum. b. possibile est esse. a.
nonnullum. b. necesse est non esse. a.
nonnullum. b. non impossibile est esse. a.

Subcontrarie

aliquod. b. possibile est non esse. a.
aliquod. b. non necesse est esse. a.
aliquod. b. non impossibile est non esse. a.
non omne. b. non possibile est non esse. a.
non omne. b. necesse est esse. a.
non omne. b. impossibile est non esse. a.
nonnullum. b. possibile est non esse. a.
nonnullum. b. necesse est esse. a.
nonnullum. b. non impossibile est non esse. a.

Omnes nouem propositiones que sunt in quolibet istorum angulorum: sunt
sibipfis equipollentes: sunt tamen opposite eis que sunt in alijs angulis singu-
le singulis comparate.

Ratio
nes re-
gularum.

Scholium siue glossa.

Pro intelligentia eorum que in hoc cap. 9. posuit autor
repetere conuenit distinctione triplicis quantitatatis mo-
dalium diuisarum: declarate superius in capi. 7. videlicet. vt
ex parte dicti: vel ex parte modi: vel ex parte vtriusque simul:
totum. n. modis poterat accipi carum oppositioes: toti-
deusque modis etiam fieri possunt equipollentes. Et ratio p-
me regule in litera posite: pedit ex dictis super capi. 5.
quod oppositio et equipollentia conueniunt solum in propositionibus
in vtroque termino coniectis secundum eundem ordinem. i. que
sunt eiusdem subiecti et eiusdem predicati. In eisdem autem ter-
minis non est possibile quod affirmatiua pro equipollent
negatiue: vel contra: immo ex hoc quod sunt diuersae quali-
tatis ceterum opposite: quia vna earum negat id quod asse-
rit altera: eadem ratio est de quantitate: quia in eisdem termi-
nis: particularis nunquam equalit vniuersali: vel contra:
oportet ergo propositiones sibipfis equipollentes similes esse
in qualitate et in quantitate. Et hec regula fuit necessario
premittenda in equipollentijs modalium: que fieri solent per appo-
sitionem negationum: vt caueret non enim: ne forte affirma-
tiue modalis equipollente redderet negatiua: vel contra:
aut vniuersali particulari: et contra. Et secunda regula
docet equipollentes facere propositiones secundum quod oppo-
sitas. i. solum ex parte dicti. Et tertia vero regula eas que
solum opponuntur ex parte modi: et in illis facile est equipol-
lentes facere sicut in propositionibus de inesse: dum modo
caueatur quod non fiat mutatio alterius partis in qua il-
le propositiones non erant opposite: sed in vtraque earum illa

pars eodem modo accipitur: vt in casu secunde regu-
le: si modus in prima acceptus est affirmatiue: oportet quod
in sua equipollente etiam accipiat idem modus affirmatiue:
et contra: si in prima modus sit negatus: et in secunda. vnde
iste non equipollent. o. b. necessario est. a. et nullum. b. ne-
cessario non est. a. quia in prima modus tenet affirmati-
ue in secunda negatiue: sed contra: si prima est hec: o. b.
necessario non est. a. et sit equipollens negatiue postposi-
ta: hoc modo: o. b. necessario est nonnullum. a. vel o. b.
necessario nonnullum. a. est. In casu autem tertie regule: si
dictum in prima propositio sit affirmatiuum: et in secunda eq-
pollente debet etiam esse affirmatiuum: et contra: si in vna ne-
gatiue: et in altera: vnde iste due contrarie. o. b. necessa-
rio est. a. et o. b. impossibiliter est. a. non equipollent sic: o. b.
necessario est nullum. a. et o. b. impossibiliter est. a. quia
prima est affirmatiua: et secunda negatiua: neque sic. o. b.
necessario est. a. et nullum. b. impossibiliter non est. a. quia
secunda est negatiua. propter tertiam negationem. sed equi-
pollent ponendo negationem inter modum et copulam: hoc
modo: o. b. necessario non est. a. vel o. b. impossibiliter
non est. a. quia sic vtraque esset negatiua: vel vtraque affir-
matina. Et quarta regula est de equipollentijs in modis
libus simpliciter oppositis. i. tamen de dicto que de modo:
quales erant ille quatuor propositiones que posuimus in prima figu-
ra capitis precedentis: sed autor illam figuram dilatauit:
ponendo sub qualibet earum: octo alias equipollentes:
variando per quantitate et qualitate aliorum dictorum: et aliorum
modorum: et satis manifesta est intelligentia eius: nam



referendo primam cuiuslibet anguli ad primam alterius cuiuslibet anguli: et secundam secundae: et tertia tertiae: et sic de alijs per ordinem: inueniuntur omnes simpliciter oppositae sicut et quatuor primae earum. Adhuc tertiam figuram de equipollentibus singularium propositionum: que sunt medales diuise cuiusdem dicitur: sed oppositorum modorum: sed illa figura et tertia suarum regularum euadit clarissima. Restat tamen ut addamus aliam figuram de quatuor illis pro-

Omne. b. possibile est esse. a.
omne. b. non necesse est non esse. a.
omne. b. non impossibile est esse. a.
nullum. b. non possibile est esse. a.
nullum. b. necesse est non esse. a.
nullum. b. impossibile est esse. a.
non quoddam. b. non possibile est esse. a.
non quoddam. b. necesse est non esse. a.
non quoddam. b. impossibile est esse. a.

Disparate.

positiombus intermedijs quas possumus in secunda figura capitis precedentis pro declaratione colorarii autoris: nam earum equipollentia inter se et ad quatuor alias proies: essent inquirende: sicut et oppositio nes earum octo regulis exposuimus: Sed ad euandam prolixitatem: et regularum figurarum: que puerorum tenera ingenia obtunderent: hac figura veluti in speculo: earum equipollentias demonstrabimus.

Omne. b. possibile est non esse. a.
omne. b. non necesse est esse. a.
omne. b. non impossibile est non esse. a.
nullum. b. non possibile est non esse. a.
nullum. b. necesse est esse. a.
nullum. b. impossibile est non esse. a.
non quoddam. b. non possibile est non esse. a.
non quoddam. b. necesse est esse. a.
non quoddam. b. impossibile est non esse. a.

Disparate



Disparate

Quoddam. b. necesse est esse. a.
quoddam. b. impossibile est non esse. a.
quoddam. b. non possibile est non esse. a.
non omne. b. non necesse est esse. a.
non omne. b. impossibile est non esse. a.
non omne. b. possibile est non esse. a.
nonnullum. b. necesse est esse. a.
nonnullum. b. impossibile est non esse. a.
nonnullum. b. non possibile est non esse. a.

Disparate

quoddam. b. impossibile est esse. a.
quoddam. b. necesse est non esse. a.
quoddam. b. non possibile est esse. a.
non omne. b. non impossibile est esse. a.
non omne. b. non necesse est non esse. a.
non omne. b. possibile est esse. a.
nonnullum. b. impossibile est esse. a.
nonnullum. b. necesse est non esse. a.
nonnullum. b. non possibile est esse. a.

Omnes ergo propositiones que sunt in eodem angulo sunt inter se equipollentes: sunt tamen ad alias aliorum angulorum vel contradictorie vel disparate. Sed qualiter opponatur alijs quatuor angulis alterius figure magne de oppositionibus simpliciter: et octo regulis precedentis capitis: videre pmpu erit.

Caput decimum: de conuersionibus modalium diuisarum.

Similiter et conuersiones modalium diuisarum ad regulas reducemus. Prima regula. Omnis propositio affirmatiua de possibili potest conuerti in particularem affirmatiua de possibili: unde si propositio conuertenda fuerit particularis: conuertetur simpliciter. ut aliquis homo potest esse albus: ergo aliquid album potest esse homo. sed si conuertenda esset vniuersalis: sic ret eius conuersio per accidens. ut omnis homo potest esse albus: ergo albus potest esse homo. Secunda regula. Nulla propositio negatiua de possibili po-

test bene conuerti: quia neque simpliciter neque per accidens: ut non sequitur: omnem vel aliquem deum possibile est non creare: ergo oem vel aliquod creans possibile est non esse deum: prima enim est vera. et secunda falsa: si potentia creandi sit incommunicabilis creature. Tertia regula. Vniuersalis negatiua de necessario potest simpliciter conuerti in aliam similem eiusdem modi: ut omne. b. necessario non est. a. ergo omne. a. necessario non est. b. patet in homine et lapide. Quarta regula. Particularis negatiua de necessario: non bene conuertitur: quia hec consequentia non est bona: aliquid ens necessario no-

est deus: ut lapis: ergo deus necessario vel possibiliter non est ens. Quinta regula. Nulla propositio affirmatiua de necessario potest bene conuerti in aliam de necessario: sed bene in aliam de possibili: ut non sequitur. creans necessario est deus: ergo deus necessario est creans. sed bene sequitur. creans necessario est deus: ergo deus possibiliter est creans. Sexta regula. Propositio affirmatiua de impossibili potest conuerti sicut negatiua de possibili: et contra: negatiua de impossibili sicut affirmatiua de possibili. hactenus de propositionibus modalibus diuisis.

Scholium siue glossa.

Rationes predictarum regularum sumuntur ex natura predictorum modorum. Sunt. n. termini ampliatui ad quatuor tempora differentias. unde subiecta suarum propositionum sunt pro rebus que sunt: fuerunt: erunt: vel esse possunt: queis nunquam inesse ponantur: predicata vero non sic ampliantur. Cum ergo conuersio sit quedam consequentia: oportet cauere ne arguatur a non amplo ad amplum: vel a minus amplo ad magis amplum: precipue cum distributione secundum: quia illa consequentia non valet affirmatiue: hoc enim esset eualuenter arguere ab inferiori ad superius affirmatiue: et cum distributione superioris: que consequentia non est bona: Tunc prima pars prime regule. s. de conuersione simpliciter particularis affirmatiue de possibili in seipsam: statim patet: quia ibi termini accipiuntur sine distributione. Et Aristoteles in primo libro priorum probat illam consequentiam per compositionem: Secunda pars de conuersione per accidens vniuersalis affirmatiue et lege subalternarum pendet: quia ad vniuersalem affirmatiua de possibili sequitur particularis affirmatiua eiusdem modi: ergo eadem sequitur ad vniuersalem affirmatiua: que est conuersio per accidens. Tertium si predicatum propositionis affirmatiue de possibili esset terminus singularis: tunc particularis affirmatiua conuerteretur per accidens in singulare propositio: et similiter vniuersalis affirmatiua conuerteretur in singulare: non in particularem. Secunda regula de propositione negatiua de possibili: siue sit vniuersalis: siue particularis: que non potest conuerti simpliciter aut per accidens: in litera probatur: quia ex vero sequeretur falsum: nam ante mundum deus non creabat: et post sex dies primos mundi cessauit deus a creatione nouarum specierum: deus enim extra se nihil agit de necessitate. Quicquid ergo agit circa creaturas: potest non agere: et ita potest non creare: sed ista propositio est falsa: creans possibile est non esse deum: quia secundum communem viam theologorum in secundo sententiarum: potentia creandi non potest conuenire creature: ergo si aliquid est creans: necesse est ipsum esse deum: non ergo potest creans non esse deum. Et intelligitur hec regula de propositione negatiua possibili:

cuius modus non negatur: sed solum dicitur eius: ita que negatio postponatur modo: et preponatur vero: bona propositio de possibili negato equiualeat propositio de impossibili: cum sint modi contradictorii: ita intelligantur omnes alie regule huius capiti. quia loquantur de modis non negatis. Ratio tertie regule: quia in tali conuersione ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis per primam partem prime regule huius capitis: ergo illa conuersio fuit bona consequentia: per vltimam regulam consequentiarum superius in capiti. sexto positam. Si ex opposito consequentis. etc. Quarte regule ratio: quia argueretur a non distributo subiecto particulari negatiue: ad idem predicatum conuertentis distributum: non ergo esset bona consequentia. Si tamen in conuersione illa hoc curaretur. s. faciendo propositionem conuertentem de modo loquendi inconstitute: hoc est preponendo predicatum copule negate: consequentia esset bona: ut dicendo: aliquid ens necessario non est deus: ergo deus aliquod ens necessario non est. s. illud ens quod est lapis. Ratio prime partis quinte regule in littera posita est: quia ex vero sequeretur falsum. Secunde vero partis ratio sumitur ex lege subalternarum: et ex prima parte prime regule huius capitis: nam ad affirmatiua de necessario: sequitur affirmatiua de possibili ei subalterna: affirmatiua vero de possibili simpliciter conuertitur in affirmatiua de necessario: ergo illa eadem sequitur ad affirmatiua de necessario. Sete regule ratio est: quia possibile et impossibile sunt modi contradictorii: et expellet per negationem propositio: ergo affirmatiua de impossibili equipollet negatiue de possibili: s. de modo et de dicto negato: et contra: affirmatiua de possibili equipollet negatiue de impossibili in qua negatio cadit super modum et verbum: ergo eodem modo conuerti potest aut non potest propositio de impossibili: sicut equipollet ei de possibili: de cuius conuersione dicitur in duabus primis regulis huius capitis: quia affirmatiua potest conuerti: non autem negatiua.

Caput vndecimum: de modalibus compositis.

Modalis compositae diffinitio superius habita est. Et quia in ea more regule. dicitur extremum propositionis: determinans totam propositionem de inesse: oportet modum esse nomen secunde propositionis logicę: ut significet propositionis eius quae determinat conditionem. puta: que est propositio possibilis: necessaria: vel impossibilis. Ad exponendas ergo passiones propositionum modalium compositarum: presupposita earum qualitate et quantitate: superius declarate: ponatur alique regule. Prima regula. Modalium compositarum utroque extremo participantium secundum eundem ordinem:



Alie sunt contrarie: Alie subcontrarie: Alie contradictorie: et Alie subalterne: et hoc secundum diuersitatem quantitatis vel qualitatis earum: quoad modum dictum est in illis de inesse. Secunda regula fit de conuersionibus earum: quod modalis composita conuersio quo ad se tota penitus fit eodem modo sicut in propositionibus de inesse: iuxta vericulum. Feci simpliciter: conuertitur eua p acci. et. vt hominem currere est contingens: ergo contingens est hominem currere: vel omne ly hominem currere est contingens: ergo quoddam contingens est ly hominem currere: et ita de alijs. Sed conuersio modalis composita solum quantum ad partes dicti eius (quod ponitur pro subiecto et modus semper pro predicato) non penitus eodem modo fit sicut in propositionibus de inesse: vt non sequitur. omne animal esse hominem est falsum aut impossibile: ergo aliquod hominem esse animal est falsum aut impossibile: nec sequitur: hominem esse animal est per se: est verum: possibile: aut necessarium: ergo animal esse hominem est per se: verum possibile: aut necessarium: sed oportet ponere constantiam consequentis. Tertia regula fit de equipollentibus modalium compositarum: nam si earum vtraque sit modalis eiusdem modi: et ex parte dicti opposite quantitatis vel qualitatis aut vtriusque sit earum equipollentia sicut in propositionibus de inesse: iuxta vericulum. De contradic. post contra. et. Si autem fuerint modales diuersorum modorum et eiusdem dicti: equipollentie modalium illorum quatuor modorum: possibile: contingens: impossibile et necessarium: significatur per has quatuor dictiones: amabimus: edentuli: purpurea: iliace: nam istarum dictionum quilibet habet quatuor syllabas: et semper syllaba prima significat propositionem modalem de possibili: secunda propositionem de contingenti: tertia: illam que est de impossibili: et quarta: propositionem de necessario: et vocales illarum syllabarum significant quantita-

2. Loner ho.

3. Equipollentia

Quatuor dictiones

tes et qualitates illarum propositionum: nam. a. significat propositionem affirmatiuam tam de dicto quam de modo: u. significat propositionem vtroque modo negatiuam. i. litera si significat propositionem affirmatiuam de dicto: sed de modo negato. e. vero e contra: negatiuam de dicto: et affirmatiuam de modo. Versus. E. dictum negatiuum quod modum: nihil. a. sed. u. totum. Amabimus ergo denotat: quod quando propositio modalis composita de possibili fuerit in totum affirmatiua: ad hoc quod ei equipollet propositio de contingenti: debet etiam esse vtroque affirmatiua: et propositio de impossibili ei equalens: debet esse affirmatiua de dicto: et negatiua de modo: et propositio de necessario vtroque modo negatiua: vt iste quatuor equipollent: hominem currere est possibile: hominem currere est contingens: hominem currere non est impossibile: et hominem non currere non est necesse. Eodem modo debet explicari alie tres dictiones. edentuli. iliace. purpurea. hoc est: quando propositio de possibili fuerit talis aut talis: propositiones aliorum trium modorum ei equipollent sic vel sic se habentes. et. Illas equipollentias alij sic declarant: et facilius. Propositiones modales compositae de possibili et de contingenti equipollent dicto et modo similiter se habentibus in vtraque. i. quantum ad affirmationem et negationem eorum: quia possibile et contingens sunt in hoc loco modi conuertibiles et pro eodem reputantur. Sed propositiones de possibili et de impossibili equipollent dicto similiter se habent: et modo dissimiliter. Propositiones autem de possibili et de necessario equipollent: dicto et modo dissimiliter se habentibus. Denique propositiones de impossibili et de necessario equipollent modo similiter et dicto dissimiliter se habent. Alij dicunt alio modo. Quicumque dicto affirmato vel negato attribuitur possibile: eidem attribuitur con-

Amabimus

Edentuli

4. Alie quatuor regule.


5. Alie due regule

tingens: et ab eodem remouetur impossibile: et ab eius contradictorio remouetur necesse: sed a quocumque dicto affirmato vel negato remouetur possibile: ab eodem remouetur contingens: et eidem attribuitur impossibile: et eius

contradictorio attribuitur necesse: nam possibile et necesse oppositis attribuntur dictis: vel ab oppositis remouentur. Iste tamen tres vic solum in verbis differunt non in rebus: vt hec demonstrat figura.

Purpurea. Hominem currere est necesse. hōiem nō currere est impossibile. hominem non currere non est possibile. hominem non currere non est contingens.

Iliace. hominem currere est impossibile. hominem non currere est necesse. hominem currere non est possibile. hominem currere non est contingens.



Amabimus. hominem currere est possibile. hominem currere est contingens. hominem currere non est impossibile. hominem non currere non est necesse.

Edentuli. Hominem non currere est possibile. hominem non currere est contingens. hominem non currere non est impossibile. hominem currere non est necesse.

Omnes ergo propositiones in eodem angulo posite: equipollent inter se per regulas supradictas: sed opponantur propositionibus positis in alijs tribus angulis. Primus angulus est amabimus: particularis affirmatiua. Secundus edentuli: particularis negatiua. Tertius iliace: vniuersalis negatiua. Quartus purpurea: vniuersalis affirmatiua.

Scholium huius glossa. Omnia que de modalibus compositis dicenda erant: antea hoc vno capite perstringat: hoc est: quoad essentialia et accidentalia: supponit enim ex capite. 7. definitionem propositionis modalis compositae: quod fit illa in qua modus est determinatio totius propositionis categorice de inesse: ita quod sit modalis propositionis subiectum vel predicatum: et non est determinatio copule: nec pars eius. Dicitur modalis composita est secundum diuisionem modorum qui in ea predicant vel subiacent: et sunt omnes illi octo modi qui superius in capite. 7. enumerati sunt: nam quilibet illorum potest modale facere propositionem tui compositam: tui et diuisam. Et quibus de modalibus diuisis: de vero: falso: per se: et per accidens non multum curauerit autor: agens de diuisis modalibus aliorum quatuor modorum: ratio ne superius dicta: tamen in modalibus compositis horum et illorum modorum nullum est discrimen: quantum ad earum quantitates: qualitates: oppositones: et conuersiones determinandas: in equipollentis vero est quedam specialis consideratio circa modales compositas quatuor modorum: possibile: impossibile: contingens: et necesse. Aduertendum tamen: quod isti modi possibili sunt esse rei: quia syncategorematici: et tunc non faciunt modales compositas sed diuisas: quia sunt determinationes copule: possunt etiam esse termini categorici: puta quando ponuntur in extremis propositionis:

et tunc possunt duobus modis accipi: quia aliquando sunt nomina prime impositionis significatiua rerum differentias: puta quia rerum huius mundi quedam sunt necessarie: que sunt: et non possunt non esse: vt pater et filius et spiritus sanctus in deo. Alie sunt res contingentes: que possunt esse et non esse: vt creature: et vtriusque istarum rerum sunt possibles: quia esse possunt. Impossibilia vero sunt: vt chimera: biceceruus: bicegena: viperigena: talia huiusmodi monstrata: quia illa per naturam esse non possunt. Hic vni egregium signum tui ponitur in alborano. i. iumentum quo pseudo ille propheta habuimus dicitur in celum ascende ad loquendum cum deo: et dicitur quod erat de natura omnium bestiarum terre: et vocat ab eis alboran: et in hac significatione hec nomina non faciunt propositiones modales compositas aut diuisas: sed mere de inesse: vt deus est necessarium: incarnatio dei est possibilis: et. quibus habeant vim ampliandi subiecta quibus opponuntur: nam hec est vera: Antichristus est possibilis. Possunt denique hec nomina esse secundae impositionis logicae. i. significantia propositionum differentias: Differentia nam propositionum: alie sunt possibles: alie contingentes: alie necessarie: et alie impossibiles: non quidem in essendo: sed in significando: Propositio dicitur possibilis que taliter significat: qualiter rem esse est possibile: vt hec propositio: deus est homo. Contra vero impossibilis propositio est: que taliter significat qua-

Differentie rerum mundi.

Differentie propositionum.



liter rem se habere est impossibile: vt lapis est homo. Propositio contingens est que significat rem se habere eo modo quo res potest esse: et potest non esse: vt homo est sedens. Propositio necessaria dicitur: quia si significat id quod est et non potest non esse: vt deus est trinus. Quid clarius: propositio est possibilis que potest esse vera: contingens: que potest esse modo vera: modo falsa: necessaria: que est vera et non potest esse falsa: Impossibilis: contra dicitur: que est falsa et non potest esse vera: et in ista acceptione isti modi faciunt propositio nes modales copositas: de quibus hic agimus. De quantitate et qualitate propositio nis modalis coposite: satis dictum est supra in capite septimo: quando oes modales sunt vnus modi et variantur dicta earum: et ad huc sensum est intelligenda prima huius capituli regula ab autore posita: vt patet de istis propositio nibus. Omne ly homine currere est possibile: nullu ly homine currere est possibile: quoddam ly homine cur re est possibile: et quoddam ly homine non currere est pos si bile: ita diceretur de quatuor propositio nibus copo sitis cuiuslibet alterius modi. Est et alia caride mo dalium copositaru quantitas et qualitas: que solu accipit ex parte modi variati sub eode dicto: ut iste q tuor: hominem currere est possibile: homine currere est contingens: hominem currere est impossibile: ho mine currere est necessarium possibile et contingens sunt particulares: necesse et impossibile sunt vniuersa les modi: possibile vel contingens est modus particu laris affirmatiuus: possibile non vel contingens non: est modus particularis negatiuus: necesse est modus vni uersalis affirmatiuus: impossibile est vniuersalis negatiuus: et secundum hanc qualitate et quantitate mo dalium accipi debet oppositio nes et equipollentie de quibus in tertie regule parte secunda. De prima ve ro quantitate et qualitate modalium copositaru erat prima regula et prime partes duarum sequentiu regularum. Si autem due modales coposite essent differentes simul in dicto et in modo: nullo modo es sent opposite: quia non essent vtroque termino eode or dine participantibus. Secunda pars secunde regule de conuersione modalis quantum ad partes dicti so neris: probatur ex eo q predicatio directa p conuersionem fit indirecta: et contra: et sepius predicatio directa est vera: est p se: est possibilis: estq necessaria: et tamen indirecta predicatio in eisdem terminis non est vera: vel non p se: vel non est possibilis: aut necessaria: de clarant hoc exempla litera. Et quoniam directa et indire cta essent eque vere: possibilis: aut necessarie: tamen consequentia ab vna ad alteram p modales compo sitas non valet sine constantia consequentis: vt non sequi tur: homo est animal est propositio vera: aut possibi lis: aut necessaria: ergo animal est homo est similiter propositio vera: aut possibilis: aut necessaria: quia po test contingere q prima istarum sit: et non secunda: pro positio autem que non est: neq est vera: neq possibilis neq necessaria: neq predicatio p se aut p accidens. et oportet ergo arguere cu constantia: hoc modo: homo est animal est propositio vera: et animal est homo est propositio vera: ergo animal est homo est propositio vera: et sepius etiam posita constantia in alijs modis consequentia non valet. Secunda pars tertie regule de equi pollentia modalium copositarum diuersorum mo

dozum super eodem dicto significati in illis quatuor dictionibus: amabimus: edentuli. i. iace: pu: pura: vel declarata: per alias duas vias in litera positas: nihil aliud preterunt quam vericulus ille. Preterea: post contra: pre postq subalter. Nam possibile et impossibile sunt modi contradicto rij: similiter necesse et possibile non: ergo equipollent preposita negatione ad alterutru eorum: vt non pos sibile est impossibile: et non impossibile est possibi le: non necesse est possibile non: et contra: non possi le non est necesse. Item necesse et impossibile sunt mo di contrarij: ergo equipollent negatione postposita: ad modu: quia necesse esse non est impossibile esse: et im possibile non esse est necesse esse. Demum necesse et possi bile sunt modi subalteri: ergo equipollent negatio de preposita et postposita ad modum: necesse esse: est non possibile non esse: et possibile esse: est non necesse non esse: similiter non impossibile non esse: est possibi le non esse: et contra: Ergo facillima est doctrina de op positio nes: et de equipollentia modalium copositaru: quando earu quantitas et qualitas solum variatur ex parte modi: nam quando negatio cadit super di ctum et non super modu: dicitur negatio postposita modo: quando vero negatio cadit super modum di ctur ei preposita. Possent tamen iste equipollentie reduci ad quasdam regulas logicas: hoc modo. Si aliqua propositio categorica de inesse est necessaria: sua contradictoria est impossibilis: et contra: si hec est impossibilis: illa est necessaria: hoc ergo est dicere: q necesse et impossibile equipollent negatione postpo sita. i. posita ad dictu vnus eorum: quia sic erit dictu contradictorium alteri dicto. Itē si aliqua huiusmo di propositio est necessaria: sua contradictoria non est possibilis: et si vna est possibilis: altera non est necessa ria: et hoc est dicere: q possibile et necesse equipollent negatione preposita ad alterutrum earu. i. posita ne gatione ad dictum et ad modum: eode modo eq pol lent impossibile et possibile non. Insuper si aliqua pro positio est possibilis: ipsa non est impossibilis: et si est necessaria: ipsa non est possibilis non esse vera: hoc est dicere: q modi contradicto rij equipollent negatione preposita ad alterutrum eorum: quales sunt possibile et impossibile: vel necesse et possibile non: neq ampli opus est in his immorari. Unde manifeste appa ret q rationabiliter Petrus Hispanus recentior abstulit obscuram illa prolicitatem litera antiquio ris. i. Lucius dicto affirmato attribuit possibile et. et loc oillarū posuit solas duas eis clariores. Bactenus de omnimodis modalibus propositio nibus. Sed quia inter quatuor principales modos nota uimus duplicem acceptionem huius nominis contin gēs. i. generale et speciale: et quia de generali satis dictum est cu illo modo possibile: opus erit vt etiam tingēt de contingētis specialiter accepto aliqua hic addam: spcia nam Aristoteles in primo suorum prioru libro expref liter. sam de eo facit mentionem. Contingēs ergo speciali ter acceptus: solum significat sicut possibile esse et pos sibile non esse: et potest facere modale propositio nem diuisam. et modale copositam: que tamen modales non sunt coparande ad modales alioz modozu pe nes oppositiones vel equipollentias: sicut bacterus dicebatur: sed iste modales seorsum considerade sunt

Secunda. Comparande. Unde aduertēdū q: propositio modalis diuisa de isto contingētī cuiuscunq sit dicti: si modus non fuerit negatus: debet erponi per vnam copulatiuam copositam ex duabus modalibus di uis de possibili non negato: quarum tamē dicta sint contradictoria. i. affirmatio et negatio: vt hec: Petrus contingētē est currēs: erponitur sic: petrus possi biliter est currēs: et petrus possibiliter non est currēs: Et si subiectum propositionis esset terminus comu nis sine signo vel cum signo particulari: in secūda er ponente debet addi relatiuum substantie identita tis: vt ista: homo contingētē est currēs: sic erponi tur: homo possibiliter est currēs: et idē homo possi biliter non est currēs. Sed si terminus ille cōmūnis esset distributus signo vniuersali: in secūda erponē te debet poni idem signum vniuersale: vt ista: omnis homo contingētē est currēs: et omnis homo possibi liter non est currēs. Sed si modalis diuisa cuiuscunq fuerit dicti: esset de contingētī negato: debet erponi p vnam disiunctiuam copositam ex duabus moda libus diuisis: altera de necessario: et altera de impossi bili: non negatis modis: et similiter de dicto affirma to: vt ista: petrus non contingētē est homo: erponit sic: vel petrus necessario est homo: vel petrus impos sibiliter est homo. Et si subiectum esset terminus cōmūnis cum signo vel sine signo agendum crit sicut paus dictum est. Admodis vero coposita de contingētī specialiter accepto: si modus non fuerit negatus: denotat q illa oratio est vera: et potest esse falsa: vel contra: vt petrum sedere est contingens: et si modus esset negatus: denotat quod illa propo sitio vel est necessaria: vel impossibilis: vt petru esse lapide non est contingēs. Et dictis possent facili ter colligi oppositiones et equipollentie istaru moda lium inter se: tam ex parte dicti q ex parte modi: q etiam vtriusq: cōformiter ad ea que dicta sunt in alijs modalibus alioz modozum sine diuisis siue com positis. Sed preter illa addimus hic: q omnis pro positio modalis diuisa de isto contingētī non negato: qualescunq fuerit eius dicti: repugnat pponi de ne cessario et eisdem terminis constitute: repugnat etiam ppositio ni de impossibili: que sit eiusdem subiecti et eiusdē pdicari tum eam: imo propositio vniuersalis de contingētī repugnat cuilibet particulari illozū modozum: et eōtra: particularis repugnat vniuersa li. Ratio huiusdicti clara est ex supra posita expositio ne modalium de contingētī ad vtrumlibet: quia neq est necessariū: neq impossibile. Quare sequit q propositio de isto contingētī non negato equipollent vni copulatiue: sed de modo negato equipollent vni disiunctiue et. De conuersione autē propositio nu modalium diuisarum huiusmodi: est specialis ratio in bis propositio nibus: quia pter eam conuersionē que fit in terminis simpliciter vel per accidens: iste propositio nes habēt aliam conuersionē que dicitur in oppositam qualitate: hoc est q ad affirmatiuam sequitur negatiua: et contra: modo eode non negato: vt homo contingētē est currēs: ergo idē homo con tingētē non est currēs: et eōtra. Ratio huius dicti est: quia sicut duarum contradictojarum: si altera est necessaria: altera est impossibilis: et eōtra: ita earum

dem si altera est contingēs: altera similiter est con tingens: et contra. Et in tantū: hic modus conuersionis est proprius modalibus diuisis de contingētī: q vir possint interminis conuerti: nisi variando modū contingēs in modum possibile generaliter acceptū: bec. n. non est bona consequētia: deus contingētē est creans: ergo creans contingētē est deus: quia pma est vera secūda falsa: neq ista de modo negato: nul lum creatē contingit esse deum: ergo nullum deum contingit esse creatē: quia etiam prima est vera secun da falsa: sed mutato modo bene valet: precipue quan do contingens non negatur: vt bene sequitur: deum contingit esse creatē: ergo creatē possibile est esse deum: nam si modus contingēs esset negatus: conse quētia non esset formalis. quia non sequitur hic: nullā cibiteram contingit non esse ens: ergo aliquod ens non possibile est non esse cibiteram: quia prima est ve ra: et secūda falsa. Hec sufficiat de propositio nibus categoricis omnimodis.

Caput duodecimū de propositio nibus hypotheticis.

Hypothetica propositio est illa: que constituitur ex duabus ad minus categoricis: per aliquam conuentionē vel aduerbium conuictis: vt hec: petrus legit: et iohannes audit: vel hec: an thonius vigilat: quando vel vbi zacharius dormit. Dicitur autem hypo thetica grece: ab hypos quod est sub: et thesis positio: quasi suppositio latine. i. suppositiua locutio: quia vna categorica supponitur alteri: vt si timueris deū: habebis multa bona. Propositio nis hypotheticę tres sunt species precipue: ad quas alie reduci possunt: conditio nalis: copulatiua: et disiunctiua. Et pro positionis hypotheticę qualitas atten ditur ex parte illius conuictio nis que ponitur pro copula: quia connectit duas categoricas: nam illa hypothetica est affirmatiua cuius copule non apponi tur negatio: et illa est negatiua que ha bet negationem super copulam. De ea rum quantitate vix possumus aliquid dicere: nisi forte conditionalem et copu latiua dixerimus vniuersales: disiun ctiua vero particularem: sed hoc val de equiuoce et improprie. Passiones in super relatiuas. i. oppositionem: equi pollentiam: et conuersionē: in his non proprie ponimus: neq modum. De solis ergo earum passionib⁹ absolutis

Propositio possibilis. Necesse. Impossibilis.

Prima regula de oppositio ne.

De conuersione.

De equipollentia.

Aliere gule.

De co tingēt.

De regula.

Diffini tio.

Tres hypo theticę. peccis.



2
Condi-
tiona
lis.

agere intēdimus: que sunt: veritas: fal-
sitas: possibilitas: impossibilitas: con-
tingētia: et necessitas: et hoc nō in omni-
bus: sed in illis solis hypotheticis que
sunt affirmatiue: et composite ex catego-
cis propositionibus de inesse: quatenus
hec methodus fiat breuior. **C**onditi-
onalis propō est illa hypothetica: in
qua ponūtur due categorice vnite p
hanc coniunctionē: si: vel per aliā sibi
equivalentē: vt si homo est: animal est:
vel si petrus currit: petrus mouetur.
Omnis autem cōditionalis est quedā
consequentia: cuius prima categorica
dicitur antecedens: se cū dāvero conse-
quens: et coniunctio illa est nota illatio-
nis. Ad veritatē conditionalis requiri-
tur: q̄ eius antecedens non possit esse
verum sine cōsequente: vt si homo est:
animal est. Ad falsitatē eius sufficit: q̄
antecedēs possit esse verū: consequēte
existente falso. vt si homo est: albū est.
Unde omnis cōditionalis vera est ne-
cessaria: et omnis falsa est impossibilis.
neq̄ est dabilis aliq̄ contingēs. **C**o-
pulative est propositio hypothetica in
qua cōiunguntur due categorice per
hanc coniunctionē: et: vel aliā sibi equi-
valentē: vt Socrates legit: et Plato di-
sputat. Ad veritatē copulative equiri-
tur vtrāq̄ eius categoricam esse verā:
vt in principio erat verbum: et verbum
erat apud deū: et deus erat aerbū. Ad
falsitatē ei⁹ sufficit alterā categoricam
esse falsam: vt deus est eternus: et homo
est lapis. Ad possibilitatem copulative
requiritur vtrāq̄ eius categoricā esse
possibilem: et alteri cōpossibile: vt me-
dicus sanat. et rhetor persuadet. Et ad
impossibilitatē eius: sufficit alterā eius
partē esse impossibile: vel alteri incom-
possibilem: vt deus est lapis: et cernus
currit: vel Socrates currit: et Socrates
nō currit. Ad necessitatē copulative re-
quiritur vtrāq̄ eius partem esse ppo-
sitionem necessariam: vt deus est eter-
nus: et homo est animal. Ad contingen-
tiam eius sufficit alterā partem esse cō

3
Copu-
lativa

tingentem: vt homo est rationalis: et la-
pis mouetur. **C**Disiunctiua est propo-
sitiō hypothetica: in qua coniunguntur
due categorice per hanc coniunctionem
vel: aut per aliam sibi equivalentē: vt
homo est animal. vel equus est lapis.
Ad veritatē disiunctiue sufficit alteram
eius partē esse propositionem verā: vt
homo est asinus: vel deus est trinus.
Quod si vtrāq̄ eius pars sit vera: non
erit proprie dicta disiunctiua: vt de⁹ est
trinus: vel angel⁹ est incorporeus. Ad
falsitatē eius requiritur q̄ nulla eius
pars sit propositio vera. vt lco est risibi-
lis: vel bos ē hinnibilis. Ad possibilita-
tem disiunctiue: sufficit alterā partē esse
possibilem. Ad impossibilitatē eius: opor-
tet vtrāq̄ partem esse impossibile. Ad
necessitatē vero ipsius sufficit vel al-
ram eius categoricā esse necessariā: vel
vnam alteri esse contrariā aut contradi-
ctoriam: vt deus est bonus: vel angelus
volat: item omne ens est bonū: vel nul-
lum ens est bonū: item Socrates legit:
vel Socrates non legit. Ad contingen-
tiā deniq̄ disiunctiue requiritur vtrāq̄
partem esse contingentem: vt Petrus
scribit: vel Iohānes legit. **C**De enūcia-
tionibus ergo tam categoricis q̄ hypo-
theticis: hec dicta sint: modo facili et in-
ductorio.

Scholium sue glossa.

CPrisus crant expediende atq̄ absolute omnes
propositiones categorice: tam modales: quam ille
que dicuntur de inesse: antequam occurreret doctri-
na de propositionibus hypotheticis: hoc recte obser-
uare voluit Iheronimus Hispanus recentior: quare nō
iniuste ordinem antiquioris permittit: et in hoc vl-
timo sui primi libelli capite de hypotheticis propo-
sitionibus disseruit. In diffinitōe etiam propositio-
nis hypotheticę addidit particulam ad minus: ad
innuendum q̄ possibile est hypothetica que plures
q̄ duas categoricas habeat: vt quando sic inductio
vel ascensus a singularibus ad vniuersalem porpo-
sitionem. Impossibile etiam est hypothetica composi-
ta ex vna categorica et altera hypothetica: vt quan-
do sic syllogismus hypotheticus: antecedens ē vna
propositio rationalis: cuius antecedens est vna co-
pulative et consequens est vna categorica. Denique
possibile est hypothetica composita ex pluribus hy-
potheticis: vt videre licet sepis in exponibilibus
reduplicatis: et ceteris: de incipit et de
finit. et. **C**Interpretatio huius nominis hypothetice.

4
Disiun-
ctiua.

Clariss
modis
cōstrui-
tur by-
pothe-
tica

Interp
tatio
hypo-
thetice.

Anal-
tas.

Quati-
tas.

Oppo-
sitiō.

Equipol-
lentia.

Coner-
sio.

tica: potest duobus modis intelligi. **C**Primo q̄ dica-
tur suppositiua: quia vna pars eius supponitur alte-
ri: id est ponitur post aliam: et hoc videtur sentire au-
tor antiquior. Alio modo q̄ vna pars eius supponat
alterā: hoc est q̄ secunda supponat primam: et hūc
sensum habuit autor recentior: vt patet ex eius exem-
plo: accepto ex libro Thobie: si timueris deum: habebis
multa bona. In conditionali enim propositio: que est
p̄cipua inter hypotheticas: illa expositio est
q̄ manifestissima: nam consequens supponit suū an-
tecedens. **C**De qualitate hypotheticę propositiois
clara est determinatio: omnis enim hypothetica est
affirmatiua cui nulla apponitur negatio: fiet autē ne-
gatiua preponēdo negationem toti propositioni: vt
saltem ad copulatiuam eius: que est coniunctio conditio-
nalis: copulatiua vel disiunctiua: vt non si homo cur-
rit: homo mouetur: vel non si Petrus legit et Iohā-
nes audit: vel Antonius scribit: non vel Macharius
vigilat: sunt hypotheticę negatiue. **C**Quantitas hy-
potheticę propositiois valde equivoce dicitur a q̄n-
titate categorice: illa enim attendebatur ex parte sub-
iecti: hec vero ex parte coniunctionis intermedie ca-
tegoricarum: nam coniunctio copulatiua censetur
esse vniuersalis: disiunctiua vero dicitur particula-
ritas. habent enim se sicut hec duo signa: vterq̄: et
alter. **C**Conditionalis coniunctio videtur includere co-
pulative: **C**Oppositionum sola contradictio in-
uenitur in hypotheticis: quia apponendo negatio-
nem hypotheticę affirmatiue in principio: efficitur
negatiua contradictoria ei: similiter copulatiua: et
disiunctiua affirmatiua de partibus contradicenti-
bus sunt contradictorie. **C**Equipollentia poni so-
let inter eas: quia copulatiua affirmatiua equipol-
let disiunctiue negatiue: et e contra: dummodo ea-
rum categorice sint contradictorie: vt iste equipol-
let: Socrates legit: et Plato audit: ergo nō Socra-
tes non legit: non vel Plato non audit: et iste: non
Socrates legit: et Plato audit: ergo Socrates nō
legit: vel Plato non audit. **C**Et huiusmodi equi-
pollentie dici possunt conuersiones hypotheticarū:
scilicet a copulatiua affirmatiua ad disiunctiuam negati-
uam: et e contra. **C**Hęc igitur ratione autor promit-
tens se acturum de passionibus absolutis hypothetice-
tarum: dicit: q̄ non faciet mentionem nisi de af-
firmatiuis: quia ex affirmatiuis per equipollentiam
euadent clare negatiue. Et ex affirmatiuis hypothetice-
tis que componuntur ex categoricis de inesse: fa-
cile cognosci poterunt affirmatiue hypotheticę com-
positę et categoricis modalibus: non enim omnia
minutissima explicanda sunt in libris autorum: sed
plurima relinquenda sunt exercitio lectorum: et in
genio discipulorū. **C**Explicans ergo autor solas tres
me spe-
cies by-
potheti-
carum.
species p̄cipuas hypotheticarum: innuit plures
alias minus principales: que sub istis comprehen-
di possunt. **C**Sad Buridanus addidit alias tres di-
cens esse sex species earum: que sunt conditionalis:
copulatiua: disiunctiua: causalis: tēporalis et loca-
lis: sed reuera p̄ter eas sunt plures alie species. **C**Itā
in diffinitionibus singularum specierum autor po-
nit particulam: vel aliam sibi equivalentem con-
iunctionem vel aduerbiū: vt innuere alias species

hypotheticarum: que ad eas reduci habent. **C**In
diffinitione conditionalis propositiois: illa comuni-
tio: si: debet accipi vt est nota illationis: non promit-
sionis aut conditionis: sed vt tantum valet sicut er-
ge: que est coniunctio illatiua. Unde subdit autor:
q̄ omnis conditionalis (intelligē logica: scilicet autē
de conditionali rhetorica) est quedam consequen-
tia: cuius antecedens est illa categorica cui apponit
coniunctio: reliqua vero est consequens eius. **C**Hinc
patet quando propositio conditionalis logica est ve-
ra: et quando falsa. Est enim vera quādo est bona cō-
sequētia: falsa autem quādo non valet consequētia.
Ad veritatē ergo cōditionalis nō requiritur: q̄ eius
partes propositiones categorice sint vere: neq̄ dicitur
conditionalis falsa: quia eius categorice sint fal-
se. **C**Hęc enim est vera conditionalis: si homo est as-
inus: homo est irrationalis: et hec est falsa: si homo
est animal: asinus est rudibilis: illa enim erat bona
consequentia: hec autem mala. **C**Ad bonitatem vero
consequētie requiritur: q̄ antecedens non possit esse
verū et cōsequēte existēte falso: quod si acciderit: con-
sequētia esset mala. Et quia omnis bona consequē-
tia est illatio: necessaria: et mala consequētia est im-
possibilis: quia consequētia semel bona: semper est
bona: et consequētia semel mala: semper est mala:
ideo recte dicitur in litera: q̄ omnis conditionalis
vera est necessaria: et omnis falsa est impossibilis: neq̄
potest dari propositio cōditionalis logica que sit cō-
tingens: patet ergo quid requiritur et sufficit ad pos-
sibilitatem: ad impossibilitatem: ad necessitatē: vel
cōtingēt am p̄pōnis conditionalis affirmatiue. **C**De
conditionali vero negatiua dicimus: q̄ ad eius veri-
tatē p̄tinet id quod faciebat affirmatiua esse falsā. scilicet
q̄ consequētia non sit bona. et ad eius falsitatē: quod
faciebat affirmatiuam esse veram: scilicet q̄ conse-
quētia sit bona: sicut enim conditionalis affirmati-
ua asserit consequentiam: ita negatiua interimit con-
sequētiā: ergo quando consequētia est bona: tunc
conditionalis affirmatiua est vera: et negatiua est fal-
sa: et e contra: quādo vero consequētia est mala: tunc
conditionalis affirmatiua est falsa: et negatiua ve-
ra. **C**Que vt diximus vera sunt de conditionali
logica que est consequentia: scilicet autem de condi-
tionali rhetorica: que non est consequentia: sed
promissio vel cōditio appōita. **C**Itā ad veritatē
eius non requiritur quod vna propositio necessario
sequatur ex alia: sed quod posita conditione inesse:
dignum et iustum est vt fiat id quod sub illa condi-
tione promittitur: non tamen est necessarium quod
fiat. Unde apud iuridicos est titulus de conditioni-
bus appōitis: vt si pater tuus consenserit: accipiam
te in meam vxorē: et alia multa id genus. Et omnes
fere conditionales in sacra scriptura: sunt rhetorice:
vt Esaiē p̄mo. Si audieritis me et mandata mea cu-
stodieritis: bona terre comedetis: si autem nolueritis
audire: gladius deuorabit vos: et Iheremē. 10.
Si penitentiam egerit gens illa a malo quod fece-
rat:agam et ego penitentiam a malo quod cogitau-
erunt ei. et Thobie. 4. Si timueris deū: habebis mul-
ta bona. et cetera. Et huiusmodi cōditionalis rhetorica nō
logica: est illa q̄ in questione vertit apud theologos:
D

2
Cōiun-
ctio: si.
equo-
ca est.

Condi-
tiona-
lis afir-
mativa

Condi-
tiona
lencō-
tina.

Condi-
tiona
lis rhe-
torica.



Propositio rationalis affirmativa

ut verum si Adam non peccasset: filius dei incarnatus fuisset: in eam pars illius problematis: est necessaria: sed mere contingens. etc. Sub conditionali logica intelligi debet alia species hypotheticæ: que dicitur propositio rationalis: illa scilicet in qua colligantur due propositiones per hanc conjunctionem ergo: vel aliam ei equivalentem: ut homo currit: ergo homo mouetur: et omnino quilibet argumentationis species est propositio rationalis. scilicet syllogismus: enigmema: inductio: exemplum: de quibus infra libello quarto de syllogismis. Ad veritatem rationalis propositionis requiritur id quod ad veritatem conditionalis: et adhuc quod antecedens et consequens sint propositiones vere: quamuis enim et falsis propositionibus possit fieri vera conditionalis: tamen non erit vera rationalis: nam conditionalis propositio asserit consequentiam vnius propositionis ad alteram: sed rationalis asserit consequentiam: et antecedens: ut inde asserat et consequens. Ad falsitatem propositionis rationalis sufficit quod debeat vna illarum conditionum: puta quod vel consequentia non sit bona: vel quod antecedens non sit verum. etc. unde quamuis omnis rationalis vera sit necessaria: non tamen omnis falsa est impossibilis: quia illa que est falsa: solum propterea quod antecedens non est verum: cuius tamen consequentia est bona: non est impossibilis. ut becumpe rator est Romæ ergo est in Italia: est falsa rationalis sed non impossibilis: potest ergo dari propositio rationalis vera: falsa: possibilis: impossibilis: necessaria et contingens. De rationali negatiua dicimus sicut de conditionali negatiua: quod illud quod requiritur ad veritatem rationalis affirmatiue: cum sint contradictorie: et e contra per id quod rationalis affirmatiua est falsa: negatiua est vera: eadem ratione. Ad conditionalem etiam reducit Duridanus propositionem causalem: illam. l. hypotheticam: in qua coniunguntur due categorice per hanc conjunctionem: quia: vel per aliam ei equivalentem: ut quia sol apparet: dies est: vel per ablatiuum absolutum. sole orto dies est: et dicit causalem propositionem esse consequentiam: Unde ad veritatem eius requiritur id quod ad veritatem conditionalis: et ad veritatem rationalis: et adhuc quod antecedens sit causa consequentis: id est quod ita esse sicut per antecedens significatur: sit causa quod ita sit sicut per consequens significatur: ut quia terra interponitur directe inter duo luminaria: luna eclipsatur: illa enim est causa eclipsis lune. Ad falsitatem causalis sufficit: vel quod non sit bona consequentia: ut quia Petrus currit Antonius sedet: ut quod in bona consequentia antecedens non sit causa consequentis: ut bec est falsa: quia luna eclipsatur: terra interponitur. ut bec erga dies est: sol ortus est: ga di sepulchri audiunt precepto legit: et alie plures ad hunc modum. Nec de causalis affirmatiua. per oppositum ad veritatem causalis negatiue: sufficit id quod ad falsitatem affirmatiue: et ad falsitatem negatiue requiritur illud quod dictum est requiri ad veritatem affirmatiue. Quod in litera dicitur de propositio ne copulatiua: intelligendum est de copulatiua affirmatiua: sed de negatiua copulatiua contradicto

Negatiua rationalis.

Causa l. propositio affirmatiua.

Negatiua causalis

ria eius: dictum est supra in oppositione et equipollentia hypotheticam: scilicet: quod copulatiua negatiua equipollent distinetiue affirmatiue. Unde illud idem requiritur et sufficit ad veritatem et falsitatem eius: quod dictum est de veritate et falsitate distinetiue. similiter dicitur de eius possibilitate: impossibilitate: necessitate: et contingentia. etc. Ad copulatiuam reducit Duridanus propositionem localem: et temporalem: id est hypotheticam in qua coniunguntur due categorice per aduerbium loci: aut temporis. ut Petrus legit ubi Joannes dormit: vel Socrates sedet quando Plato disputat: sensus est copulatiuus. Petrus legit in aliquo loco: et in eodem Joannes dormit: vel Socrates sedet in aliquo tempore: et in eodem Plato disputat. Unde ad veritatem localis vel temporalis affirmatiue: requiritur id quod dictum est requiri ad veritatem copulatiue affirmatiue. scilicet quod utraqz eius pars sit vera: et adhuc amplius requiritur: quod ambe partes sint vere pro eodem loco: aut pro eodem tempore. Unde propter defectum cuiuslibet istarum conditionum localis et temporalis affirmatiua redditur falsa: et negatiua vera: e contra quando affirmatiua est vera: negatiua ei opposita est falsa. De possibilitate et necessitate harum propositionum: dicendum est sicut de veritate earum: et iterum de impossibilitate: et de contingentia: sicut de falsitate ipsarum. De veritate distinetiue affirmatiue dicimus: quod prebe ille qui loquitur distinetiue: sola vna partem intendit asserere. unde quando aliquis caute vult alium de mediatio arguere: super dicit ei? addit: vel dens est: ac si diceret: bec secunda pars distinetiue est vera: quia necessaria: ergo proprie loquendo prior pars est falsa: scilicet dictum tuum. Distinetiua negatiua ut diximus: equiualeat copulatiue affirmatiue: ergo ad eius veritatem et falsitatem: possibilitatem: impossibilitatem: necessitatem: et contingentiam requiritur. etc. sicut in copulatiua affirmatiua. Potest clarius dici in copulatiuis et distinetiuis: quod cum affirmatiua et negatiua sint contradictorie: id per quod affirmatiua est vera: facit negatiuam falsam: et quod falsificat affirmatiuam: veritatem negatiuam: et quando affirmatiua est possibilis aut necessaria: negatiua est impossibilis. etc. Ad distinetiuam hypotheticam nulle alie species videntur reduci: sed ad copulatiuam plurime reducantur: preter supradictas scilicet de comparatiua. superlatiua: de similitudine: equalitate: de relatiuis substantiæ quantitatis: qualitatis. etc. Est denique aduertendum quod sunt quedam propositiones categorice de conditionato subiecto vel perponens dicato: ut Petrus si currit mouet. Joannes est animal dicitur si est homo. Alie de copulato subiecto aut predicato: ut mis by Petrus et Joannes currit. Petrus videt et audit. Alie pothe de subiecto vel predicato distinetiue: ut Socrates vel Plato tunc legit. Aristoteles disputat vel scribit: et alie plures secundum varios modos: et iste categorice in veritate aut falsitate imitatur alio modo. proponens hypotheticas supradictas. Ille denique conjunctiones quando mediatur inter proponens: faciunt propositiones hypotheticas: quando vero inter terminos faciunt: categoricas de extremo conditionato: copulato: vel distinetiue. etc.

Propositio localis et temporalis.

Regula. Pro complemento doctrine huius: addemus hic regulas consequentia. tum seu modorum arguendi in propositionibus hypotheticis: sequendo ordinem suarum specierum: De conditionalibus sit prima regula. A tota conditionali cum positione antecedentis ad positionem consequentis est bona et formalis consequentia: non e contra. Secunda. A tota conditionali cum destructione consequentis ad destructionem antecedentis: est bona et formalis consequentia: non e contra. De copulatiuis prima regula. A tota copulatiua ad alteram eius partem: est bona consequentia et formalis: arguendo constructiue: non e contra. Secunda. A parte copulatiue ad totam copulatiuam arguendo destructiue: est bona et formalis consequentia: non e contra. De distinetiuis prima regula. A parte distinetiue ad totam distinetiuam constructiue: bona est consequentia et formalis: non e contra. Secunda. A tota distinetiua destru-

ctiue ad partem eius: est bona et formalis consequentia non e contra. Tertia. A tota distinetiua cum de structiue vnius partis ad constructionem alterius: est bona et formalis consequentia: non e contra. Quarta. A copulatiua ad distinetiuam in eisdem categoricis affirmatiue: est bona et formalis consequentia: non autem e contra. Quinta regula. A copulatiua negatiua ad distinetiuam affirmatiuam de partibus contradictoribus: et e contra: est bona et formalis consequentia: quia (ut diximus) ille sunt equipollentes. Sed adhuc de his dicitur aliqua in quarto huius libello de syllogismis.

Septima Octava Nona.

Primi libelli summarum de enunciacionibus finis.

Secundi libelli de predicabilibus

Capita octo.

- Caput primum: de predicabili et vniuersali in communi.
Caput secundum: de genere primo predicabili.
Caput tertium: de specie secundo predicabili.
Caput quartum: de differentia tertio predicabili.
Caput quintum: de proprio quarto predicabili.
Caput sextum: de accidente quinto predicabili.
Caput septimum: de comparationibus predicabilium.
Caput octauum: de predicabilibus improprie dictis: hoc est de indiuiduis et de transcendentibus.

D 6



Secundus libellus

sumularum inscribitur de predicabilibus; estq; breuis summa isagoges Porphyrij de vniuersalibus. Habet capita octo.

Caput primum: de vniuersali & predicabili in genere.



Ad euntes iam ad naturalem ordinem partium loquimur; quem ob imbecillitatem nouiciozum pretermittimus; dicamus de terminis ex quibus propositiones scientifice construuntur; quemadmodum apud grammaticos ex dictionibus orationes. Verum quia logica modum sciendi inscripsit; solas propositiones ad scientias pertinentes declarare intendimus; vulgares autem hominum locutiones ad grammaticos & rhetores remittentes; valere sinamus. Ergo in hac prima logica parte non de omnibus vocabulis; ex quibus propositiones fieri possunt agere intendimus; sed de solis scientificis; quae & predicabilia & vniuersalia discretiōis gratia appellat logici.

Prima pars loquacis.

Prima pars loquacis dupliciter.

Predicabile igitur nomen equocum est; & quandoque cōter; quandoque proprie accipitur. Cōter predicabile dicitur eo illud quod aptum est predicari. i. predicatum est in propositione. hoc n. sonat nomen verbale predicabile; & in hac nōis acceptiōe quilibet mundi terminus posset dici predicabile. At quia doctrinā de vocabulis contractiorē esse diximus apud logicos quā apud grammaticos & rhetores. Quod et secundo & proprie predicabile dicere solū illud quod aptum est predicari in propositione scientifica. i. ad scientias autorū pertinēt. Huiusmodi autem est quodlibet nomen cōe vniuersū; quod de pluribus subiectis; & non de vno solo aptum est predicari. Sic primū predicabile nomen cōter; quae grammatici appellatiū vocant; quae de nōis propriis (quae & individua & singularia logici dicunt) nō curat sapientes. Individua. n. inquit Porphyrius; ab ar-

te sunt relinquenda; ideo non sunt vocabula scientifica. Sic secundū nomen vniuersū; quia equiuoca nomina etiā cōmunia ab artificio scientifico sunt eiecta; & soli arti sophisticē sunt accommodata; precipue si sint pure equiuoca. Ergo diffinitio predicabilis proprie accepti crit hec. Predicabile est nomen commune vniuersū; incomplexum; categoriaticum; quod de pluribus alijs nominibus aptum est predicari affirmatiue; vere; & directe; & illa plura dicuntur eius subijcibilia; vt hoc nomen homo; aptum est predicari de Socrate; Platone; Cicerone; & de alijs proprijs nominibus singulorum hominū. Et hoc idem nomen etiam solet dici vniuersale; quia vna ratione plura significat per appellationem; vt homo; omnes homines viuentes. Quare hec duo nomina; predicabile & vniuersale; idem penitus significant. sed alia & alia ratione; dicitur enim hoc nomen homo vniuersale comparatū ad res quas significat vna ratione. s. qua sunt animalia rationalia. Dicitur autē & predicabile in cōparatione ad nomina propria singulorū hominum; de quibus vno modo predicari natum est. scilicet essentialiter in quod; vt Petrus est homo; Ioannes est homo; Antonius est homo. &c. Predicabile igitur proprie acceptum & vniuersale idem sunt secundum rem significatam; sed differunt secundum rationem nominis; nā predicabile diffinitur per dici de; vniuersale vero per esse in. Sic. n. Aristoteles; quod vniuersale est vniuersū in multis. s. vnum signū in multis significatis; ex hoc autem modo significandi procedit modus predicandi. Unde est vt predicabile dicitur passio vniuersalis. addit. n. predicabile sup vniuersale; cum quo est conuertibile. Et diuiditur in quinq; species; quod dicitur quinq; predicabilia siue vniuersalia; & sunt hec; genus; species; differentia; propriū; & accidens; de quibus in hoc libello sigillatim dicere intendimus.

Diffinitio.

Vniuersale.

Comparatio & differentia.

Diffinitio vniuersalis.

Scholium siue glossa.

Prima logicae rudimenta quae Aristoteles tradidit in fine categoriarum; sunt de terminis incomplexis; ex quibus propositiones complectuntur; ita prima loquacis pars secundum ordinem naturalem esse illa quae agit de incomplexis; hoc est de predicabilibus & predicamentis. secundum la de enunciationibus seu propositionibus. Nam & in grammatica post duas primas partes de literis & syllabis (de quibus nihil ad logicam; quod nulli rei signa sunt) tertia pars fuit de dictionibus; & illi correspondet prima pars nostre logice. Quarta pars grammaticae fuit de constructionibus seu orationibus; eam respicit secunda logice pars de propositionibus. Extra orationis constructionem; logice tertia pars procedit ad argumentationem; de qua nihil ad grammaticum pertinet. Petrus vero Hispanus antiquior primarū duarū partium logice ordinem permutauit in summis suis; quod ad adolescentibus a grammatica ad logicam venientibus; aptior visa est pars logice secunda; quae vltimae parti grammaticae proportionat; vt ex vno simili ad alterum facilius esset transitus; hoc est ex constructionibus ad propositiones. Hec tamen ratio permutacionis harum partium logice parum momenti est; nisi adesse pondus autoritatis omnium modernorum logicorum; qui in hac re Petri Hispano cōfiterentur; cui etiam recentior Petrus noluit cōtradicere; cui de ordine non esset magna vis. Ceterat adolescentibus logicam adhibere; huiusmodi fieri credendum. Logica sicut & grammatica; est scientia de sermone; alia tamen via ac sublimiori. s. inquirendo sermōis veritatē; que tota innititur significationi eius. Unde quia littere & syllabae non significant; de eis non curat logicus aliquid dicere; supra ea que in grammatica dicta sunt. Incipit ergo logice a dictionibus; que prime impositae sunt ad significandū. Unde factum est vt prima pars logice correspondeat tertiae parti grammaticae. Nobis igitur adolescentibus (qui omnes grammaticae partes optime noscimus) proponitur imprimis doctrina logica de dictionibus; quas mutato vocabulo predicabilia & predicamenta nominamus. Nam Aristoteles dictionum scientialium ordinationes fecit; quas vocant categoricas seu predicamenta; eius opusculo Porphyrius isagogem. i. introductionem fecit de vniuersalibus seu predicabilibus. quare & nos logice nostre principium aucupantes a predicabilibus ordiamur. Hoc inq; erroris eque facilius fuisse adolescentibus introitū in logicam; sicut erroris Petri Hispani; & non fuisse inuersus ordinem partium logice. Sed quia (vt aiunt iuridici) error communis facit ius; Petri Hispanus recentior postquam illi fecit est in primo suarū sumularum libello; iam in principio secundi sui libelli seipsum corripuit; dicens. Redeamus iam ad naturalem ordinem partium logice; que pretermittimus. &c. Et facit discrimen inter grammaticos & logicos super consideratione dictionum; quia grammaticus docens modū loquendi; de omnibus mundi vocabulis se introuertit; siue sint vocabula scientifica sapientū; siue vulgaria plebeorum; logicus vero cui tradat modū sciendi; vocabula vulgaria despicit; & de solis scientificis curā habet. Unde nimirum; si vbi ille distinguit octo partes orationis. i. octo

Logica ratio grammaticae & loquacis.

Ordo naturae & partium logicarum.

Novi erroris sumularum.

Erroris cōmuni.

genera vocabulorum; iste sola quinq; numeret predicabilia; tot diuersitates scientificorum nominū. Atque vocabuli igitur huius declaratione ordo dicitur; primo predicabilis equiuocationē ad duas significatiōes reducit; ne a suo predecessore dissonaret; tamē plurius fieri declarationi tres predicabilis acceptiōnes distinxerimus; cōmuniūnam; cōmuniē; & propriā. Cōmuniūsimē predicabile dici potest omne vocabulū quod potest esse predicatū; & propositionis; hoc n. sonat nomen verbale predicabile. i. potest vel aptū predicari; sicut subiectibile aptū subiecti. i. vt fit subiectū propositionis. Et in hac prima acceptiōe omnis serere terminus mundi esset predicabile; immo omne subiectibile esse etiā predicabile. At quia vt diximus; logicus non omnia mundi vocabula cōsiderat; sed sola scientifica; oportet quod predicabile minus cōter accipiat; & secundo p omni & solo eo quod potest esse predicatū in propositione scientifica; siue illud sit cōplexum siue incomplexum; siue nomen cōmune; siue nomen proprium; siue vniuersū; siue equocum. Verum quia autores in scientijs breuitati student; vt easme eosdem faciunt; per incompleta subintelligunt completa. sub cōmuniūbus comprehendunt propria; ac demum vocabula equiuoca cūtant propter eorum cōfusionem; ideo logicus describens modū sciendi in omnibus scientijs obseruandū; tertio modo & proprie nomen predicabile accipit p solo incompleto; cōmuni; & vniuerso; quod potest esse predicatū in propositione scientifica; ergo in titulo huius secundi libelli predicabile hoc tertio modo & proprie est accipiendū. Unde completa; vt homo albus; animal rationale; ens per se. &c. nō vocat predicabilia; similiter neq; propria nomina; vt Petrus; Ioannes. Socrates. &c. quae propter eorum infinitatem enumerari nō possunt; quare eorum nō posset fieri certa doctrina; & propterea Porphyrius citans Platōnem; dicit quod singularia; quae & innumera; ab arte sunt relinquentia. Porphyrius dicit. n. scientificae quae sunt scientiarū principia & cōclusiones nūq; formantur ex terminis singularibus; sed ex cōmuni; & inter cōia rarissime descedunt ad specialissima; sed prope semp sunt in generalibus; & speciebus subalteris. Demū cōia equocua; vt canis; risus; & alia multa; autores nō ponunt in propositionibus scientificis; nisi plus eorum equiuocationē explicet; & in vna ac certa significatione accipiant ea; alias auctores propter equiuocationem deciperent. Unde huiusmodi vocabula prope non sunt predicabilia; quia nō scientifica sunt; sed sophistica. i. ad sophisticas pertinet; quorum institutiō est alios in sermone decipere; vt appareat ipsi sapientes; hoc tamē non de omnibus equiuocis est intelligendū; sed de pure equocis; quae dicitur equocua a calu; nam equiuoca a consilio; quae analoga dicuntur; possunt esse nomina scientifica; cuiusmodi sunt omnia transcendentia; de quibus est metaphysica; vt probat Aristoteles in quarto libro siue metaphysice; illa tamē quae sunt vocabula scientifica; nō sunt predicabilia proprie loquendo; & vt accipit Porphyrius hoc nomen predicabile; fecit. n. introductionē ad predicamenta Aristotelis; in quibus sola vocabula pure vniuersa reponuntur; non autē transcendentia. Unde ea nomina que proprie dicuntur predicabilia sunt vocabula scientiarū specialium; propter metaphysicā quae est scientia cōmuniū de transcendentibus. Et ex dictis ergo patet diffinitio qualiter sit intelligēda diffinitio predicabilis proprie

Triplex acceptio predicabilis.

Secundum nomen.

Tertium.

Primo positio scientiā.

Sophistica positio.

Scientia cōmuniū.



subiecta pba duplicia sunt: nam eor qda differunt specie: et illa sunt subiecta generis: alia sunt omnia vnus speciei: et de illis predicatur species. Subiecta impropria sunt triplicia: si de eis predicatur predicabile essentialiter in quale: est differentia: si accidentaliter intransmutabiliter est proprium: si aut mutabiliter est accidens. Nec oportet in his tribus facere vim: si alicuius eorum subiecta differant aut non differant specie: quia de eis predicabile non dicitur ut de speciebus vel indiuiduis eius: quod faciebat discrimen inter duo propria subiecta: ideo in eis pilla differentiam subiecti variabatur modus predicandi: in his vero tribus talis differentia subiecti non variat modum predicandi: quare nullum istorum iterum diuiditur per illam differentiam. Ergo concludendo dicamus: q immediate sub predicabili non possunt dari nisi due species, sed illas subdiuidendo non possunt colligi plures q quinque species: quia ut diximus: modus predicandi in quid: non potest subdiuidi nisi in duos: et modus predicandi in qualem potest diuidi nisi in tres: restant ergo soli quinque modi specie distincti: et per consequens sole quinque species predicabilis post omnes diuisiones collecte. Et omnino vero dictum recentiorum logicorum: q omne predicabile est genus vel species: non potest saluari nisi comparando predicabile ad propria subiecta: nam ad propria et non propria: quinque sunt predicabilia predicta.

Caput secundum: de genere propria specie predicabilis.

Genus nomen equiuocum est: modo prime impositionis: modo secunde. In physica enim: in metaphysica: et in alijs scientijs realibus: atq; in hystorijis tu sacris tu et prophanis: genus est nomen prime impositionis significans res externas. Nam Aristoteles ait q hominum genus arte et ratione viuunt: alia vero animalia sensibus et memorijs: et experimenti parum participat. Historie etiam gentiliu sepius comemorat genus Grecorum: genus Romanorum: et aliarum gentiu. Patriam insup vnius cuiusq; hominis genus eius vocat: dicentes Platonem genere Atheniensem: Thaletem Milesum. Heraclitum Ephesum: eodem modo de alijs: sed de his nihil ad logicu. Alio ergo modo genus est nomen secunde impositionis: et vocabulum scientiarum sermocionalium: quibus non eodem modo apud omnes accipiendum: nam aliter gramaticis: aliter rhetoribus: atq; aliter logicis eo vtuntur. Unde in proposito nostro genus est vnum

ex quinque predicabilibus seu vniuersalibus. Cuius diffinitio est duplex: nam prout genus est species vniuersalis: diffinitur hoc modo. Genus est vniuersale significans res diuersarum specierum id est naturarum: vt hoc nomen animal est genus: quia significat vniuoce homines: leones: boues: et alias species diuersas animalium: et omne syna ratione. s. qua vigent anima sensitua. Similiter hoc nomen color est genus: quia significat res diuersarum specierum. s. albedinem: nigredinem: pale dinem: rube dinem: et alias colorum differentias. Sed prout genus est species predicabilis sic diffiniri habet. Genus est predicabile aptum predicari de pluribus nominibus specie differentibus in eo q quid: vt animal predicatur de homine: de leone: et alijs nominibus animalium: et color predicatur de albedine: de nigredine: et de alijs colorum nominibus. Dicuntur autem subiecta generis differetia specie: quia sunt species differetes. i. non synonyme. s. accipiendo speciem logice: vt dicemus in capite sequenti. Dicitur vero genus predicari de suis speciebus in eo q quid: vel potius in quid: quia in sua predicatioe directe essentiali: nullam addit cognotationem supra subiectu: ideo predicatio illa dicitur quod ditatiua: et predicatum dicitur predicari in quid de huiusmodi subiecto: vt homo est animal: albedo est color. Et cuius etiam signu est: quia illud genus conuenienter respondetur ad questionem quid est formatu de sua specie: vt si queratur: quid est homo: apte respondetur q est animal: et si queratur: quid est albedo: bene respondetur q est color: hoc ergo ratione genus dicitur predicari in quid de suis speciebus. Diuiditur autem genus in duos modos. Est. n. quod generalissimum: et aliud generalissimum. Generalissimum genus est illud: supra quod non est aliud superius genus: quare ita est genus: q non potest esse species: quia genera sunt illa

Diffinitio prima

Secunda

Diffinitio generalis

Generalissimum

dece: que Aristoteles posuit capita suorum categoriarum: substantia: quantitas: qualitas: ad aliquid: actio: passio: quando: vbi situs: et habitus. Subalternum genus est illud: super quod dari potest aliud genus superius eo: et ita licet sit genus: tamen potest esse species: vt animal sub substantia: magnitudo sub quantitate: color sub qualitate. et ita de alijs. Unde patet ratio quare dicitur genus subalternum. s. quia est genus sub altero genere positum. i. sub generalissimo. Breuis itaq; noticia generis hec est: omne vniuersale omneq; predicabile habet sub se directe aliud vltimè predicabile: est genus: nam et Porphyrius ait. Genus est cui supponitur species: et si illud genus nullum aliud vniuersale habeat supra se: dicitur genus generalissimum. si autem aliud habeat supra se: dicitur genus subalternum. Ad cognoscendum tamen illam partem diffinitionis generis: de differentibus specie: est declarandum hic quot modis dicitur hoc nomen differens logice acceptu. Et quia idem et differens sunt noia opposita: vtriusq; simul distinguemus in suos modos: et sunt isti tres: idem aut differens genere: specie: et numero. Eadem genere sunt illa nomina que sub vno et eodem genere continentur: vt homo et equus sub animalia: albedo et nigredo sub colore. differentia aut diuersa genere sunt ipsa genera diuersa: et que sub eis continentur species atq; indiuidua: vt substantia et qualitas differunt genere: similiter homo et albedo: quia homo est species sub substantia. et albedo est species sub qualitate: et ita de alijs multis. Eadem specie sunt indiuidua que sub eadem specie continentur. vt Socrates et Plato sub homine. brunellus et fauellus sub equo: differentia specie sunt species diuersae: et que sub eis ponuntur indiuidua: vt homo et equus: Ioannes et Brunellus. Eadem numero sunt nomina que eandem rem significant: pro eademq; supponunt: vt tunica et vestis:

Subalternum

Idem differens in terminis

Genere

Specie

Tullius et Cicero. Differentia numero sunt nomina per diuersis significatis supponetia: vt Petrus et Ioannes. Sed adhuc nomina eadem numero multiplicia sunt: alia namq; sunt nomina synonyma. et dicuntur eadem numero nomine. vt ensis et gladius. Alia sunt non synonyma. sed habent varias rationes significandi eandem rem. et hec variantur secundum rationes omnium predicabilium. Nam alia sunt eadem numero genere. scilicet cum alterum est genus alterius. vt homo et animal: Alia eadem numero specie. quia vnum est species ad alteru: vt homo et Petrus. Alia eadem numero differentia. vt homo et rationale. Alia eadem numero proprio. vt homo et risibile. Alia eadem numero accidente. vt homo et album. His namq; modis omnibus duo nomina possunt dici eadem numero. i. re significata pro qua supponunt. Diuersa autem numero non opus est tot modis comparare: sed quecumq; duo nomina: et quocumq; modo se habetia: si non supponant pro eadem re: dicenda sunt differentia vel diuersa numero id est re significata. Patet ergo quomodo intelligi debeat: q genus predicatur de pluribus differentibus specie in quid: id est de diuersis speciebus et de earum indiuiduis.

De scolio suo gloffa.

Clarissime probat Hugo de sancto Victore in opusculo suo: de origine artium et scientiarum: prius innetas fuisse a philosophis scientias reales q sermocionales. hoc est prius eos contemplos fuisse reru naturas q vocabulorum. Consonat ei Aristoteles in primo sue metaphysice libro dicens: q primorum sapientiu philosophia balbutiens erat: vt noua puella nesciens recte loqui. Nam et si de rebus recte sentirent: sermonis tamen proprietates ignorantes: loquendi artificiu non habebant et inepte loquebantur: quare opus fuit vt posteriores: locutionis vitia cuitare cupientes: scientias ederent sermocionales. i. de sermonis proprietatibus: et de loquendi ac disputandi artificio recto. Et cum vocabula vocabulorum non haberent a propriis imposita: sed tamen modo nomina rerum inuenissent: eoque gente vocabulorum inopia: a scientijs realibus plerumq; nomina acceperunt mutue: et per noua impositione eadem sermonibus adaptauerunt in alia. eorum acceptione: hinc factum est vt plurime equiuocaciones lateant in vocabulis scientiaru sermocionalium. Hoc periculum euidentissimu est in prima logice parte de pre

Idem multis modis

Loca bula loquacis



Genus in grammatice...

In philosophia...

In metaphysica...

In moralibus...

In historia...

Dubium...

dicabilibus et de predicamentis: nam propria eius vocabula... Genus in grammatice... In philosophia... In metaphysica... In moralibus... In historia... Dubium...

tum sequentes respondet: quod in his locutionibus... fert multum si predicatum accipitur... Solutio...

Secunda

Tertius

Quod modis...

2

3

4

In primo modo sunt predicaciones essentielles: in secundo modo predicaciones accidentales... Quod modis... 2... 3... 4...

Terminum ut prius diximus: hec nomina a scientiis realibus... Gene... Specie... Nume... Anal... Sia...



teriam artificialem. Res ergo similiter comparabi- les sunt eadem analogia: que vero non similiter: dif- ferunt analogia: et huiusmodi sunt omnes parabole sacre scripture: quibus fit analogia et rebus corpora- libus ad spiritualia sacramenta dei: angelorum: et animarum: Sed hec distinctio modorum eiusdem et diuersi non pertinet ad logicam: et propterea autor ea dimissa posuit illam que est logica: id est qua hec duo nomina accipiunt pro vocabulis et non pro rebus: ut sint nomina nominum: et non nomina rerum: ut sunt se- cunde impositionis nomina: non autem prime: et tunc clara est litera: et tota potest reduci ad has duas dif- finitiones distinctiuas. Eadem sunt vocabula que de seip- sis: et de eodem pronomine demonstratio verifi- cari possunt: vel de quibus idem superius commune verificari potest: primum dicitur propter eadem numero: secundum propter eadem speciem vel genere. Differentia sunt vocabula: que vel non possunt de se- ipsis neque de eodem tertio verificari: vel de quibus idem superius commune non potest verificari.

Caput tertium: de specie se- cundo predicabili.

Ide et differens in vocabulis.

1 Equo cano speciei.

2 Distinctio prima.

Secunda.

Species similiter duobus modis accipi potest: quando enim est nomen prime impositionis: species apud Latinos pulchritudinem significat: unde et mulier pulchra speciosa dicitur. Et quia in naturalibus forma est pulchritudo ac decor: materia: ipsa etiam forma species dicitur: Et omnes res in eadem forma convenientes: dicuntur una species: ut species hominum: species equorum. etc. Ideo insuper: quas Plato ponebat formas separatas species et genera dicebantur: sed hec aliena sunt a logico instituto. Quando vero species est nomen secunde impositionis: ad scientias sermocinales pertinet: sed aliter accipitur a grammatico: aliter a rhetore: atque aliter a logico: et hoc ultimo modo est unum ex quinque predi- cabilibus siue vniuersalibus: quare duo- bus modis habet diffiniri sicut et genus. Primo ut continetur sub vniuersali. Species est vniuersale vniuoce signifi- cans res similis forme: et equales perfe- ctione essentiali: ut hoc nomen homo significat Petrum: Iohannem: et quemlibet aliorum hominum: qui omnes sunt similis anime rationalis. Secundo ut continetur sub predicabili. Species est predicabile: quod quum sub genere pona-

tur) de pluribus solo numero differen- tibus aptum est predicari in quid: ut idem nomen homo predicatur de no- minibus proprijs singulorum hominum: puta de Socrate: Platone: et de alijs. predicatur de eis in quid: quia conuenienter respondetur ad questionem factam per quid de quolibet eorum: ut quid est Socrates? quid Plato? responsio apta est: homo. Hoc secundum predicabile proprie vocatur species specialissima: quia propria eius subiectibilia solo numero differunt: non genere aut specie. Quamuis ergo hoc nomen species logice acceptum: diuidi soleat in specie subalternam et specialissimam. tamen illa diuisio est equiuoca: aut potius ana- logi in duo significata: alterum simpli- citer: et alterum secundum dictum quid: nam species subalterna semper est idem quod et genus subalternum: et ita est simpliciter predicabile genus: non au- tem predicabile species. Species vero specialissima nullas sub se habens species: sed tantum individua: ita est species: quod non potest esse genus: est igitur simpliciter predicabile species: quia sub genere continetur: et sub se non habet species. Unde apud Grecos species a thoma vocatur: id est indivisibilis per differentias in alias species. Ergo vera noticia secundi predicabilis in paucis verbis erit hec. Omne vniuersale predi- cabile directe positum sub alio vniuersali predicabili: et sub se directe nullum habens vniuersale predicabile: sed tantum individua: est vere species que dicitur secundum predicabile. Individuum est illud quod superius dicebatur ter- minus discretus aut singularis: scilicet qui de vno solo predicatur: vniuoce: di- recte: affirmatiue: vere. Et autem omnia que dicta sunt de genere et de specie clariores fiant: ponamus exem- plum in vno et primo omnium predica- mentorum: quod dicitur predicamen- tum substantie: nam in illa coordinatio- ne: hoc nomen substantia est genus su- premum

premiu: atque ideo genus generalissi- mum. Sub eo ponitur corpus: sub cor- pore animatum corpus: et sub isto poni- tur animal: sub animali: homo: et sub homine tandem non ponuntur nisi in- diuidua: ut Socrates: Plato: et alia. sed utas igitur categorice substantia est ge- nus generalissimum: homo est species specialissima. Intermedia vero nomina: corpus: corpus animatum: animal: sunt subal- terna. i. simul genera et species: tamen respectu diuersorum. sunt enim gene- ra respectu inferiorum: sunt species re- spectu superiorum: quod facile probaretur ex diffinitionibus supra dictis.

Ista tibi plana dabit arbor Porphy- riana.

	Substantia	
Corporca	Corpus,	Incorporca
Animatum	Corpus animatum	Inanimatum
Sensibile	Animal	Insensibile
Rationale	Animal rationale	Irrationale
Mortale	Homo	Immortale
Socrates		Plato

Scholium sine glossa. Et pro tanto procedete comentario patet acceptio des- huus ne minus species quando est physice ac mecha- physice speculationis: sed hic addit autor aliam vul- garem eius acceptionem apud Latinos poetas et or- ratores: que etiam in sacra scriptura frequenter si- ma est: sicut in psalmis et canticis: ut illud: Spe- cie tua et pulchritudine tua intende prospere proce- de et regna: Et iterum. Speciosus forma pie filius hominum. etc. Et Porphyrius citat Homerum di- centem: quod species Iphigene erat digna imperio. etc. Quod vero ideo Platonicè vocaretur species et ge- nera: expresse dicitur in primo libro metaphysice Ari- stotelis: qui etiam in primo libro posteriorum ideas si- dens ait. Gaudeant species et genera: quoniam mo- stra. i. signata sunt. Quando vero species est nomen secunde impositionis: sermocinale: et grammatice: notissima est acceptio eius: quia penit accidit omnium fere partium orationis: et significat vocabuli originem quam Greci etimologiam vocant. Unde et diuidi- tur per speciem primitiuam et derivatam: et cetera. Apud logicos vero species ponitur secundum predi- cabile: et hec significatio eius analogiam habet ad il- lam: qua est nomen physice et formam significat. Si- cut. n. in naturalibus res dicuntur eiusdem specie: quod sunt similis forme et equales perfectione essentiali: ita in vocabulis nomen significans plures huiusmo- di res: species dicitur et fere semper sumit a forma: sicut genus a materia. Et similitudo due species satis pa- tent in litera autoris: et dantis eius vulgarissima in speciem specialissimam et subalternam: non concedi- tur esse in species: neque in partes in modo: sed tantum nominis equiuoci in duas significationes: quarum tamen secunda analogiam habet ad primam: et hunc modum diuisionis satis declarauimus in superiori libello: vbi propositio modalis diuidebatur in mo- dalem diuisam et compositam: et sicut illic modalis composita non dicebatur modalis simpliciter et sine addito: sed secundum quid et cum addito: ita et hic species subalterna non est simpliciter species: sed cum ad- dito: id est species subalterna. Species ergo quando est nomen secundi predicabilis: solas species specia- lissimas significat. Nam Porphyrius speciem diffi- niens: per hoc diffinit eam a genere: quod hec de plu- ribus differentibus numero: illud vero etiam de diffe- rentibus specie predicari natum est: neque potest aliud discrimen assignari inter hec duo prima predi- cabilia: ut etiam constat ex diuisione generali quinque pre- dicabilium: in qua modus predicandi essentialiter in quid: fuit in duo diuisus. scilicet per predica- tionem pluribus differentibus numero: vel differentibus specie: et cetera. Individuum per predicari de vno solo diffinitur: quemadmodum autor antiquor: poterat tamen melius diffiniri per significare: ut sit individuum nomen proprium: quod solum v- num significat vniuoce. Et hinc fit ut non possit pre- dicari affirmatiue: vere: et directe nisi de vno solo: scilicet pronomine rem illam demonstrante: ut hic homo est Petrus: iste equus est buncellus. etcetera. Exemplum in categoria. i. coordinatione predica- menti substantie: in autore antiquo vocabatur arbor Porphyriana. id est figura vel forma facta ad mo-

Species pulchritudo.

Species idem.

Species grammatice.

Species logica.

2

3

4



Quare dicitur arbor Porphyria. Quare dicitur arbor Porphyria. Quare dicitur arbor Porphyria.

Quare dicitur arbor Porphyria. Quare dicitur arbor Porphyria. Quare dicitur arbor Porphyria.

Quare dicitur arbor Porphyria. Quare dicitur arbor Porphyria. Quare dicitur arbor Porphyria. Quare dicitur arbor Porphyria.

Caput quartum de differentia tertio predicabili.

Differentia quoque duobus potest accipi modis: physice et logice. Physica differentia est qualitas vel forma: qua una res naturalis ab alia differit. Unde Aristoteles quatuor primas qualitates differentias elementorum appellavit. Logica vero differentia est vocalis: quo probare possumus alterum ab altero differre. hoc non esse illud: ut per rationale probamus quod homo non est equus. quia rationale affirmatur de homine et negatur de equo. Et in ista acceptione (que ad propo-

situm nostrum facit in hoc loco) differentia adhuc potest accipi tribus modis. scilicet communissime: communiter: et proprie. Communissime differentia dicitur de dicibile quo probare possumus alterum differre ab altero: vel etiam a seipso aliquo modo: et hoc modo omne predicabile esset differentia: siue predicetur essentialiter siue accidentaliter de subiecto: siue esset accidens separabile siue inseparabile. Communiter differentia potest dici: omne predicatum intransmutabile: quod in quale predicatur de subiecto: siue essentialiter siue accidentaliter: et hoc etiam modo tria predicabilia ultimam possent dici differentie: quia per quodlibet illorum probare possumus alterum differre ab altero. Proprie autem differentia non dicitur: nisi illud quo probare possumus alterum differre ab altero essentialiter: ut rationale: unde discretio gratia vocatur specifica differentia. et est unum de quinque predicabilibus distinctum ab alijs quatuor.

Et in ratione universalis diffinitur sic. Differentia est universale significans partem essentialem rei pro qua supponit: rationale enim supponit pro homine: et intrinsece cognoscit ipsum habere animam rationalem: ut formam eius essentialem. Sed in ratione predicabilis hoc modo diffiniri habet. Differentia est predicabile de pluribus essentialiter in quale: ut idem nomen rationale predicatur essentialiter de homine et de individuis eius Socrate et Platone et alijs: in his propositionibus: homo est rationalis. Socrates est rationalis. Plato est rationalis. Est quidem hec predicatio essentialis: non tamen quod dicitur sed in quale. Unde et hoc predicatum convenienter respondetur ad questionem factam per quale de suo subiecto: ut si queratur qualis est homo: apta erit responsio: est rationalis. Hec posuimus in hac diffinitione de pluribus specie vel numero differentibus: quia non refert ad rationem huius predicabilis quo modo inter se differant

Triplex differentia.

eius subiectibilia. et idem dicemus de alijs duobus predicabilibus proprio et accidentate. Sunt tamen quedam subiectibilia differentie: de quibus ipsa predicatur essentialiter in quod: quia est genus vel species ad ea: et hoc modo differentia dividitur in tria membra: que sunt. differentia generalissima: differentia subalterna: et differentia specialissima. prime due predicantur de pluribus differentibus specie: tertiam vero solum de differentibus numero. Differentia generalissima est differentiarum suprema in sua coordinatione. ut corporeum: estque diuisiva generis generalissimi. Subalterna differentia est intermedia in sua coordinatione: ut animatum: sensitivum: vegetativum: et hec etiam est diuisiva generis subalterni. Specialissima differentia in sua coordinatione infima est. ut rationale: cuius genus dividat subalternum. Differentiarum coordinatio posita est in duobus lateribus predicamenti substantie. ubi etiam apparent duo eius officia. omnis enim differentia dividit genus: et constituit siue diffinit specie genere. Unde Boetius dicit: quod sola species diffinitur: quia omnis diffinitio constituitur ex genere et ex differentia. sola autem species habet supra se genus et differentiam: que differentia adueniens generi: constituit speciem: ut rationale adueniens animali: constituit hanc hominis diffinitionem: animal rationale. Ex dictis ergo haberi potest brevis noticia huius tertij predicabilis: quia omne universale intrinsece cognoscitur super illud de quo predicatur essentialiter: est ei predicabile differentia: siue eius subiectibile sit universale genus aut species: siue sit individuum.

Duo officia differentie.

Due acceptiones differentie physice et logice: ab alijs dicuntur differentia realis et differentia sermocionalis: hoc enim nomen differentia licet et alia quatuor predicabilia: scilicet realis acceptum est: et prius fuit nomen prime impositionis pro rebus que secunde per se Aristotelem in secundo libro de generatione et corruptione: ubi qualitates elementorum activas et passivas: que sunt calidum: frigidum: humidum: et sic: vocat elementorum differentias: Et in rebus naturalibus non tantum forme accidentales sunt earum differentie:

sed etiam forme substantiales sunt principales differentie. In rebus autem simplicibus et spiritualibus: ipsa cuiuslibet rei essentia est sua differentia: quia seipsa ab alijs rebus differt. De secunda acceptione sensus ar: totus est. quod quoniam volumus probare aliquam propositionem negatam differentiam (qua significat) hoc non esse illud: quod est differentia ab illo) omnis terminus quoque: ut medio argu. sermo illi: illa conclusio probatur: est differentia: inter subiecta secunda et predicatum: quia ille terminus medio convenit unum illarum extremitatum: et remouetur ab alia. Exple patet in litera de illa propositione: homo non est equus: quod probatur in quarto modo prime figure per hoc medium rationale sic: nullum rationale est equus: homo est rationale: ergo homo non est equus: rationale ergo est differentia hominis ad equum. Eodem modo probatur eadem conclusio per hoc medium bipes: vel quadrupes: vel caudatum: vel pilosum dorsum habens: et ita de alijs terminis quorum quilibet conveniret unum extremitatum: et remoueretur ab alia. Tres acceptiones differentie logice sicut in verbis: ita et in sensu variate sunt apud veteres philosophos: et sumuntur. Antiquior enim dicitur communiter proprie et magis proprie: videtur habuisse quod minus. hoc vocabulum differentia potest accipi communiter. i. vulgariter et valde large: ita accidens separabile solet vocari differentia: quia per ipsum probatur quod Socrates differt a Platone: puta quia iste sedet et non ille: imo per ipsum probatur quod Socrates differt a seipso. Differentia aliter se habet dum sedet quam dum non sedet: id est etiam idem nomen significare accidens inseparabile: quo proprie loquendo dicere possumus: quod unus homo differt ab alio. quia differt per se individuali: puta Socrates per hoc quod est simus: nasci: differt a Platone non simo: sed aglor: ita hec est differentia propria: quia est nomen proprie tatis individualis quam habet Socrates et non Plato. Nota est tertio differentia accipi magis proprie. scilicet pro modo quo loquitur sapientes: et tunc significat differentiam specificam: que sumitur a forma substantiali alicuius rei: ut rationale est differentia hominis. Rectior vero autor alijs vocabulis utens. scilicet communissime: dicit: et proprie: alium habet sensum. scilicet hoc vocabulum differentia logica etiam apud sapientes solet accipi tribus modis. primo valde coiter et consue: ut significet omne medium quo probari potest conclusio negatiua: et ita omne predicabile etiam si esset accidens separabile vocari potest differentia: ut ad probandum quod Socrates non est lapis: potest accipi hec genus animal: vel hec species homo: vel rationale: vel risibile: vel simum: vel calidum. Quodlibet enim horum medium affumatur de Socrate et negatur de lapide. Et iste primus modus accipiendi differentiam apparet apud Aristotelem in primo libro suorum topicorum: ubi unum ex quatuor instrumentis dialecticis: posuit inuentionem differentiarum: et dicit quod valet ad problemata de eodem et diuerso. Secundo potest accipi differentia minus communiter. scilicet ut significet medium ad probandum propositionem negatiua: quod de nulla extremitatum predicetur in quod: sed solum in quale: et in hac acceptione genus et species non essent differentie suorum subiectibilium sed beneficia tria predicabilia. ut quod Socrates non est equus: probaretur per hec media: rationale: risibile: bipes: album. et. et hoc modo accipit differentiam Aristoteles in quarto libro topicorum: ubi problemata



differentie distinguit a problematibus generis. Ter-
tio modo et proprie sapientes accipiunt differentiam
pro solo illo medio pbatio conclusionis negative:
quod de altera extremitate vere affirmat essentiali-
ter non in qd: sed in quale: et hoc modo differentia est
nomen tertii predicabilis: et nulli alioy conuenit. Et dis-
tinctio eius potest esse species vniuersalis: p significare par-
tem essentiali rei. s. significacione essentiali et formali:
que dicitur cognoscitio inter: in se: et p illa essentialis
qua differentia cognoscit: aliquando est materia: sed vt
in pluribus est forma specifica et determinata: s. dicitur
vero differentia est species predicabilis. diffinitio cam
autem p predicari essentialiter in qle de suis subieci-
libus: quecuq; illa sint et quomodo cuq; differat inter
se: sine n. differant specie sine solo numero: differentia
eodem modo predicatur de eis omnibus. s. essentiali-
ter in quale. Et quando autem differentia de aliquibus
subieciabilibus predicatur essentialiter in quid: tunc re-
spectu eorum non est predicabile differentia: sed genus vel
species: et hec diuersitas est secundum diuersitate sub-
iectum. s. specie vel solo numero. Nam hec differen-
tia: corporeum est genus ad animatum et inanimatum: q
differunt specie: similiter hec differentia: animatum est
genus ad sensitiuum et vegetatiuum: et sensitiuum est
genus ad rationale et brutale. Rationale vero non est
genus sed species ad hoc rationale illud rationale:
que solo numero differunt: quare in comparatione ad
huiusmodi subieciabilia locum habet distinctio diffe-
rentiarum p generalissimam: subalternam: et specialissi-
mam: non autem in comparatione ad ea subieciabilia de
quibus essentialiter predicatur in quale: qd ad ea omnia
semp habet eundem modum predicandi: et ratione eius
de predicabilibus: vt si dicamus: homo est sensitiuus: leo
est sensitiuus: equus est sensitiuus. Item Socrates est
sensitiuus. Plato est sensitiuus: Petrus est sensiti-
uus. et. Oes n. iste predicaciones sunt essentialis in qle:
quare omnes sunt predicaciones differentie: nec diuersi-
cantur propter diuersitate subieciabilium specie vel nu-
mero. Et dicitur ergo dicte diffinitiones differentie lo-
gice prope accepte: et qd etiam intelligi poterit alie
eius diffinitiones apud Porphyrium. vt illa. Differentia
est qua differunt a se singula: quia illa est diffinitio
differentie communissime accepte. Et illa. Differentia
est qua abudat species a genere. id quod addit spe-
cies supra genus: et illa. Differentia est q adueniens
generi constituit specie: et alie huiusmodi. Et in hac vl-
tima fundatur dictum Boetii: q sola species diffinit:
et ratio satis patet: qm vt posterius ostendemus:
non omnis species potest diffiniri: qd non omne ge-
nus potest differentis diuidi: ergo illa species non ha-
bet genus et differentiam: quibus diffiniatur.

Caput quintum de proprio quarto predicabili.

Proprium quando est nomen se-
cunde impositionis logicum: est
vnum ex quinque vniuersalibus siue pre-
dicabilibus. et in ratione vniuersalis
proprium sic diffinitur. Proprium est
vniuersale: quod ultra suppositionem

denotat rei aptitudinem naturalem ad
agendum aliquid vel patiendum: vt ri-
sibile denotat aptitudinem ad ridendum:
calefactiuum ad calefaciendum. et. Sed
in ratione predicabilis: proprium est pre-
dicabile de pluribus accidentaliter in-
transmutabiliter: vt risibile est proprium
hominis et indiuiduorum eius: rugibi-
le proprium leoni et indiuiduis eius.
Iste enim predicationes sunt accide-
ntales: homo est risibilis: leo est rugibi-
lis. et cetera: quia predicatum denotat ali-
quid extrinsece supra subiectum: est qd
intransmutabile a subiecto: qd affirmat
de eo vere: et non potest negari vere de illo.
Predicatur proprium de pluribus quo-
modo cuq; differentibus: vt creabile: ani-
mabile: predicari potest de angelis: de ce-
lis: de clemetis: et de alijs creaturarum
varijs speciebus. beatificabile de angelis
et de hominibus. respiratiuum de bestijs terre
et de auium celi. mobile predicatur de oibus
mundi corporibus simplicibus et mixtis:
sed risibile: flebile: et alie passionis: de so-
lis hominibus. hincibile de solis equis. rugi-
bile de solis leonibus. et ita de alijs. In
his tamen oibus semper est idem modus predica-
di: eademque ratio predicabilis. s. proprii de
subiecto. Sunt tamen quedam alia subieci-
bilia: de quibus proprium predicari potest essen-
tialiter in quod. et respectu illorum proprium
est genus vel species: non proprium. An
de hoc modo possemus distinguere q
duplex proprium. s. proprium transcendentis:
generalissimum: subalternum: et specia-
lissimum: q per sua subiecta diffiniri ha-
bet. Proprium transcendentis (quod non sit
predicabile proprium dictum) est illud cu-
ius subiectum est nomen transcendentis:
vt entis passionis seu propria sunt: ve-
rum: bonum: et. Proprium
generalissimum est: cuius subiectum est
genus generalissimum: vt substantie
proprium est: ens per se: quantitatis: di-
uisibile: qualitatis dispositiuum: et ce-
tera. Subalterni proprii subiectum est
genus subalternum: vt corporis pro-
prium est mobile: coloris visibile: ha-

bitus difficile separabile. et. Specialis-
simum proprium a specie specialissima:
que eius subiectum est: denominatur. vt
hominis proprium est risibile: equi hinni-
bile: albedinis disgregatiuum visus. et.
et huiusmodi proprium de pluribus solo
numero differentibus predicatur: alia
duo etiam de differentibus specie. Trans-
cendens insuper et de differentibus genere
potest predicari. Porphyrius autem no-
minis proprii interpretatione attendens:
(qa proprium dicitur ex eo: qd vni soli co-
uenit specie: aut saltem qa est inseparabi-
le ab ea) distinguit quatuor modos pro-
prii logicalis. Primo inquit modo dici-
tur proprium predicatum: quod soli vni spe-
ciei conuenit: sed non omni eius indiuiduo.
vt homini dicitur proprium esse gramati-
cum: medicum aut fabricum. Secundo proprium
dicitur predicatum quod omni quidem
conuenit: sed non soli. vt homini proprium
est esse bipedem: corruptibile. morta-
lem. et. Tertio: quod conuenit omni et
soli: sed non semper. vt homini proprium
dicitur esse puerum: iuuenem: aut senem et
canescentem. Quarto modo proprium dici-
tur predicatum quod conuenit omni: et so-
li: et semper: vt homini proprium est esse
risibilem. i. aptum ad ridendum: quod vni
non semper actu rideat. similiter leoni
proprium est esse rugibile: equo hinni-
bile: boui mugibile. et. Et hec quarta
acceptio est aliarum maxime propria: in
qua non solum dicitur predicabile pro-
prium: sed et propria passio demonstra-
bilis de suo subiecto. In secunda vero:
est quidem predicabile proprium: sed
non propria passio. In alijs autem dua-
bus acceptionibus: nec est predicabi-
le proprium: nec propria passio: sed po-
tius predicabile accidens: de quo mox
dicemus.

Scholium sine glossa.

Autor in hoc capite breuitatis gratia: dimisit si-
gnificationes proprii: qui est nomen prime impositionis
vel physicum: vt cum naturales rerum inclinationes ad age-
ndum vel patiendum: carum proprietates dicimur. Hinc certat
liber de proprietatibus rerum. Et philosophi rebus no-
mina imposuerunt ab earum proprietatibus. Vt est no-

men morale significans rem ab vno solo posseam: que
admodum Aristoteles in secundo libro suorum politico-
rum probat contra Platonem: in rebus bene instituta:
vires et possessiones debere esse proprias vnicuique:
et non communes omnibus vt ille dicebat: quod Ari-
stoteles dictum verum est in rebus. laica plebeorum: in qua
plurimi sunt homines imperfecti et viciosi: scilicet: autem
in conuictu sapientum et perfectorum hominum: qui bene
terrena bona parauit: continentur: et potius potius
esse reputant possidendi quam subidum: qualis erat con-
gregatio discipulorum Christi in primitiua ecclesia: de
qua in actis apostolorum capite. 4. dicitur: quod erat il-
lis omnia communa: nec quis eorum que possidebantur ali-
quid suum esse proprium dicebat. Hanc normam secu-
ti religiosi: qui se totos deo consecrauerunt: quasi bo-
loculum deo offerentes: abstinentiam propriatati bo-
norum: et voto paupertatis perpetue seipsum astringunt.
Ab his duabus acceptionibus proprii: qui est no-
men prime impositionis: accepit Porphyrius duas
conditiones predicabilis proprii logicalis: vt illud
predicatum dicatur proprium alicui subiecto: quod
ei soli conuenit per affirmatiuum et veram predicationem:
vt propria possessio: vel quod licet al. s. ab eo canne-
niat: tamen est ab eo inauferibile: qa est naturalis eius in-
clinatio: quare huiusmodi predicatum quamuis non
sit essentialis: est tamen a suo subiecto intransmutabile: est
ergo ei proprium. Et his duabus conditionibus per af-
firmationem et negationem variatis: distinguit ipse qua-
tuor acceptiones proprii logicalis: sed carum due sole. s. secun-
da et quarta faciunt predicabile proprium: qa sunt predica-
tiones intransmutabiles. alie vero due pertinent ad quatuor
predicabile: cum sint accidentales et transmutabiles. Dis-
tinctio proprii vt est vniuersale: et prout est proprie-
tatis: quas autor recitior posuit: notissime sunt ex-
prehensibiles. Et similiter quatuor illi modi proprii in sua
coordinatione descendentes: ex simili coordinatione dif-
ferentiarum clare patet. Sed diffinitio illa qua antiquo
Petrus posuit: ex Aristotele accepta fuit: q in primo
libro suorum topicorum diffinitio quatuor predicata diale-
tica (que sunt: accidentis: generis: proprii: et diffinitio) per
illa diffinitionem voluit fecerit: et prout est proprie-
tatis: per hoc n. qd dicit: proprium ab alijs tribus
predicatis. Per hoc vero quod addidit: et non indicat
qd esse rei: separauit proprium a diffinitione: que essentia-
liter predicatur de subiecto suo. et. Unde hac occa-
sione Petrus ille addidit in sua littera nonnulla de
diffinitione: qd iste recitior abstraxit a littera sua: tamquam in
pertinentia ad prepositum de predicabilibus. Et ite qa
illa diffinitio non conuenit omni proprii predicabili: sed so-
li proprii quarto modo dicto: nam proprii secundo modo:
quod est vere predicabile proprium: non conuenit predicari
de subiecto. Et insuper hic non erat necessarium proprium
distinguere a diffinitione: que cum sit copiosa: non est
predicabile proprie dictum. Quod vero autor dixit
de proprio quarto modo quod vocat a logicis propria
passio demonstrabilis de suo subiecto: intellige de de-
monstratioue potissima et propter quid: que et demonstra-
tio vniuersalis dicitur: cuius proprietates sunt predicaciones
de omni: de per se: et de secundum quod ipsum: ut infe-
rius declarabitur in quinto huius opusculi libello de
E ij

Differ-
tie spe-
cies.

Diffini-
tiones
Por-
phyria-
ne.

Secun-
da.

Quar-
to
modi
Proprii.

Proprii-
mus

Secun-
dus.

Terti-

Quar-
tus.

Proprii
apud
Petrum.

Spe-
cies
proprii
quatuor.

Proprii
da.

Secun-
da.

Terti-

Proprii
in
sermone

Diffi-
nitio

Aliadis
diffinitio.

4



demonstrationibus: Sed demonstratione no ppter quid & particulari: proprium secundo modo potest demonstrari de suo subiecto: nam passio generis etia est demonstrabilis de suis speciebus: vt Aristoteles declarat in secundo libro suorum posteriorum: de quibus alias erit dicendum operosius.

Caput sextum: de accidente quinto predicabili.

Accidens quado est uomen pme impositionis: vulgatissimum est in tota philosophia: & diuiditur contra substantiam: sed accidens logicu vnum ex quinque predicabilibus: nomen est seculum de impositionis: Et in ratio de vniuersali diffinitur hoc modo. Accidens est vniuersale: cognotans q res p qua supponit: hoc vel illo modo est contingenter disposita: vt hoc nomen albu supponit pro corpore: & cognotat ipsum habere colore illu sibi accidentariu. Accidens vero in ratione predicabilis sic diffinitur. Accidens est predicabile de pluribus accidentaliter & transmutabiliter: vt idem nome albus predicatur de homine: de equo: de Petro: & de lapide transmutabiliter: quia potest affirmari: & iterum vere negari de quolibet eorum. Et ista diffinitio licet in verbis differat: no tamen in sensu: ab illa Porphyriana. Accidens est quod adesse & abesse subiecto pter eius corruptione: vt albu esse: & sedere hoi accidit. Neq differt i re ab illa diffinitione Aristotelica. Accidens est quod contingit eidem inesse & non inesse pter eius corruptione: na adesse & abesse inesse & non inesse: similiter corruptio subiecti in hoc loco: vocabula sunt secunde impositionis logice: & tati valent sicut posse vere affirmari & negari de eodem subiecto: pro eadem re accepto & no variato. Accidens duo sunt modis: accidens separabile: & accidens inseparabile. Separabile accidens ex eo dicitur: q est facile transmutabile a suo subiecto. i. potest faciliter affirmari & iterum negari de eodem: vt calidus: frigidus: sedens: ambulans. &c. est homini accidens separabile. Accidens vero inseparabile:

1 Multi plicatas.

2 Diffinitio.

3 Diffinitio.

no dicitur ex eo q non possit a sub subiecto transmutari: sed solu ex eo q vix & cu difficultate transmutari ab eo possit per naturam: vt albu signo: nigrum coruo: si num naso dicitur accidens inseparabile: vel quia licet no possit separari p naturam: potest tamen hoc fieri per gratia dei mirabiliter operante: vt cecum: vel mutuum: aut monstruosum est accidens inseparabile Joanni sic nato ex utero matris sue. Differt ergo accidens inseparabile a predicabili proprio: quia propriu nullatenus est a suo subiecto transmutabile: sed predicatur de eo accidentaliter intrasmutabiliter. accidens vero inseparabile: de suo subiecto predicatur accidentaliter transmutabiliter: vix tamen rarissime contingit ipsum transmutari ab eo: per affirmationem & negationem. Hactenus ergo de vnoquoque predicabilium seorsum considerato: secundum suam naturam.

Scholium sine glossa.

In scientiis realibus physice & metaphysice: accidens est nomen prime impositionis: & significat formam superaddita substantie rei: cuiusmodi sunt in corporibus colores: odores: saporis: & qualitates tangibiles: calor: frigiditas: humor: siccitas. &c. In scientie & virtutes in anima: noticie: affectus. &c. Et ponit solet discrimen inter substantia & accidens: quia substantia est ens p se cristes: sine sit materia: sine forma: vel etia totu copositu er eis: sed accidens semp est in alio & inherens subiecto: nec potest per naturam esse p se nisi subiecto inheret. Unde Aristoteles in septimo libro metaphysice dicit: q accidens esse est inesse. sensus est: q accidens non pot esse p natura: nisi q inest subiecto: qd est substantia. Et propter hac differetia in primo physice idem dicit: q substantia vere est: quia per se est: accidens non est vere ens: qd aliud & non per se est ens: non enim voluit tantus philosophus dicere: q accidens non sit vera res in natura: sed accepit ens participialiter pro eo q est existens: accidens autem potius est inherens q cristes. In logica vero accidens est nome secunde impositionis: & significat vocabula. s. vel unum ex quatuor predicabilibus: vt apud Porphyriu. Aliquando tamen accidens valde communiter accipitur p omni illo predicato quod non est essentialis. Unde etiam predicabile proprium solet vocari accidens. scilicet quando alicuius subiecti proprietates vocatur eius accidentia: vt accidentia nominis aut verbi sunt numerus: genus: & cetera: accidentia propositionu sunt oppositio equipollentia. &c. Accepit ergo hoc vocabulo p ultimo predicabili: recentior autor: duas eius

4 Discrimen.

1 Accidens physice.

2 Accidens logicum.

3

posuit diffinitiones: alteram per modum significandi: vt est vniuersale: altera per modum predicandi: vt est predicabile: & sunt satis plane ex supradictis. Sed an liquor: & Petrus: & Hispanus tres diffinitiones accidentis in ratione predicabilis possint: ab alijs acceptas. Prima a Porphyrio: per adesse & abesse subiecto pter eius corruptione. Adesse logice: est vere affirmari predicari de subiecto: abesse est vere negari de eodem. Et quia accidens de suis subiectabilibus predicatur accidentaliter transmutabiliter: potest ergo eidem subiecto adesse & abesse. Sed addit: pter subiecti corruptione: & debet intelligi de corruptione non reali & physica vt desinat esse: sed de corruptione sermoneali & logica: q est quando nome cadit a sua suppositioe: hoc fit: quando res illa p qua supponit de finit esse: vt hoc nomen: Petrus: qd vixit ille ho que significat supponit: sed eo mortuo: nome desinit supponere: corrumpitur ergo hoc uomen: Petrus: logice. Quis maneat scriptu in libro) ex eo q significatum eius corrumpitur physice. Editerio idem nomen genitu fuit logice: quando de nono impostu est ad significandum illu homine. Quis ergo Porphyrius dicit: q accidens in hoc differt ab alijs quatuor predicabilibus: q illa non possint de suis subiectabilibus vere negari: nisi propter eorum corruptione logica. Petro enim mortuo omnes iste negatiue sunt vere. Petrus no est animal: Petrus no est homo: no est rationalis: no est risibilis. &c. & eo viuente: omnes iste sunt false: sed predicabile accidens potest vere negari de hoc subiecto etiam: Petro viuente: vt sedes potest negari de Petro: eo sergente. ergo pter subiecti corruptionem adesse & abesse ei hoc predicatu. Alias duas diffinitiones accepit ex Aristotele predicatum accidentis diffinitio. carti altera clara est. i. per contingere inesse: & no inesse subiecto. i. vere affirmari & negari de eo: pter eius corruptione: ad sensum datum in diffinitione Porphyriana. Et quis predicatum accidens: & predicabile accidens non omnino sunt idem: tamen illa diffinitio bene quadrat huic predicabili. Altera vero diffinitio data per negationes: no potuit bene aptari: nisi mutatis verbis Aristotelis alle. n. dicit. Accidens est: quod nec est gen?: nec propriu: nec diffinitio: inest aut rei: sed iste ad suu positu dicit. Accidens est qd nec est gen?: nec species: nec differetia: nec propriu: inest aut rei: vnde hanc diffinitionem min? approbat altera: qd nec sit prolata & obscura: indiges magna declaratione: per alia predicabilia. illa vero p seipsam est nota: & breuis ac limitata. Et insup quod ista dicit: inest aut rei: valde anguste accepit inheretiam: p sola predicacione accidentali transmutabili. in illa vero inesse predicacione affirmatiuam veram significabat. Diffinitione accidentiu per separabile & inseparabile: recentior: Petrus dicit esse per modos: non p species huius generis: quia membra sunt partes in modo: non aut partes subiectiue. i. sunt species accidentales non essentielles: que admodum & de diffinitione generis superius diximus. In comparatione tamen ad subiectabilia de quibus accidens predicatur essentialiter in qd: possit dari accidens generalissimum: subalternum: & specialissimu: quem admodum Argu de differetia & de proprio dicitur fuerat in duobus capitulis precedentibus. Sed hac diffinitione di-

Prima diffinitio.

Subiecti corruptio quid

Secunda diffinitio.

Tertia

Argu de differetia & de proprio dicitur fuerat in duobus capitulis precedentibus.

missa: illa quam posuit autor videtur repugnare diffinitionem accidentis: si enim omne accidens potest abesse vel no inesse suo subiecto: ergo omne accidens est separabile ab eo logice loquendo. i. est vere negabile de suo subiecto. nullu ergo accidens est inseparabile. Hanc obiectionem soluit autor recentior dicens: q illa negatio: qua includit ly inseparabile: non est negatio priuans: ita vt significet nullo modo accidens posse a subiecto separari. i. vere negari: hoc enim modo argumentum procedit: q diuisio repugnaret diffinitioni: sed debet intelligi esse negatio difficultas: eo modo quo vulgares solent dicere: negocium valde difficile ad peragendum: esse impossibile. i. vix possibile. & ita accidens aliquod dicitur inseparabile a suo subiecto. i. vix separabile. Hanc simile dicit Aristoteles in tertio libro physice: cum de hoc nomine infinitu: nam inter alias posuit duas eius acceptiones: alteram vt sit negatio priuans. i. magnitudo non finibilis: alteram vt sit negatio difficultas: quo modo alitudo celi dicitur infinita: similiter profunditas limmi maris: quis enim illa spacia sunt finita: qd tamen hominibus vix est possibile eorum fines inuenire: dicuntur infinita. Hanc negationum distinctionem explicuit autor comparans accidens inseparabile ad predicabile proprium: dicit enim q propriu est predicatum accidentale intrasmutabile. i. inseparabile & est negatio priuans: qd nullo modo pot a suo subiecto separari: sed accidens aliquod dicitur inseparabile a suo subiecto: no priuans: quia omne accidens est predicatum transmutabile: eorum tamen quedam facilliter possunt vere negari de suis subiectis. vt sedes currens: calidus: frigidus: de homine: & illa dicuntur accidentia separabilia. Alia tamen sunt accidentia difficulte & vix separabilia a suis subiectis: vt calidu ab igne: humidu ab aqua & aere: nigrum a ceruo & ethiope. &c. & hec vocantur inseparabilia ad sensum datum. Sed horu quedam possunt p naturale transmutacionem separari: quis hoc fiat rarissime. vix enim reperies eorum albu: & signu nigrum. &c. Alia sunt q p naturam no possunt separari: potest tamen deus hoc facere supernaturaliter & miraculose operando in suis creaturis: sed hoc facit ipse rarissime. s. q ignis no calefaciat vel non comburat seruos suos in igne profectos: q accidens maneat separatum a substantia sua: q cecus a nauitate videat. &c. & tunc iste essent vere: ignis non est calidus: accidens non inheret. &c. Omne ergo accidens est separabile absolute a suo subiecto: proprium autem est absolute inseparabile: quia p nullam potentia potest fieri vt homo no sit risibilis. & sic de alijs. Quia ergo hec duo predicabilia accidentaliter predicantur de suis subiectabilibus: sed non eodem modo. qd differunt p nec transmutabile & intrasmutabile: ideo antiqui reales dixerunt quartu predicabile accidens propriu: quintum vero accidens per accidens. Hanc dubitatione de accidente inseparabili aliter soluites antiquior: Petrus dicit: licet autem nigredo in separabiliter accidat coruo: non tamen est contra diffinitione accidentis: qd vt vult Porphyrius: coruus potest intelligi albus: & ethiops nitens candore: pter subiecti corruptione: quasi dicat: q quis accidens inseparabile no possit realiter separari a subiecto suo: potest tamen separari per imaginatione & intellectus: & inq

Solu

4 Inseparabile duobus modis.

5 Separabile duplex

Accidens p accidens



et hoc sufficere dicit ad saluanda diffinitione accidens. Sed recentior Petrus videns hanc solutionem insufficientem effecit illam abrahe: nec Buridanus hoc aduertit in sua correptione summularum: qui litera illam posuit. Et tamen excludit illam diffinitione accidens per commune et proprium: quia ille Petrus addiderat pro sententia Porphyrii: esse in genere: ut albi: nigri: proprium vero: ut albedo Socratis et similitudo. Platonis: circumsit inquit Buridanus hanc diffinitione non minus: quia accidens individuale: quod ille vocat proprium: non est predicabile: ut in principio huius libelli erat prenotatum: tum quia exempla eius inueniunt quod non sentiebatur logice de accidente: sed potius physice. Hec enim nomina: albedo: nigredo: calor: frigiditas: et non sunt accidentia: quia cum sint abstracta absoluta: non dicuntur de subiecto: ut Aristoteles probat in predicamento substantie. Unde hoc nomen color est quod predicabile genus non autem accidens: similiter albedo est species: non accidens. Hec albedo que est albedo Socratis: est individuum speciei: non accidens individuum: quod ille vocat accidens proprium. Quare Petrus Hispanus recentior in hoc Buridano consentiens: hanc etiam litera abrahe a suo contertur: precipue quia si hec diffinitio aliquid valeret: iam ipse includeret ea in illa diffinitione de accidente generis: alio subalterno et specialissimo. scilicet comparato ad ea subiectibilia de quibus predicatur essentialiter in quibus: ut color de albedine: et albedo de hac albedine: que est albedo Socratis: ut similitudo Platonis. Plura alia poterant hic dici: sed hec sufficiant nouicia.

Caput septimum: de comparationibus quinque predicabilium.

Clariorum horum predicabilium intelligentiam: conueniens videtur ea omnia adinuicem comparare: per conuenientias et differentias. Commune est igitur omnibus quinque predicabilibus de pluribus: id est de multis subiectibilibus predicari: differunt autem secundum varios modos predicandi de eis: Genus enim speciei conuenit: quia utrumque eorum predicatur essentialiter in quod de suis subiectibilibus. Differunt tamen: quia genus predicatur de differentibus speciebus: sed species de differentibus numero solum. et insuper quia genus sub se continet species et non e contra. Conuenit etiam genus cum differentia: in eo quod est predicari essentialiter de suis subiectibilibus: sed differt ab ea: quia genus in quod differentia in quale predicatur de eis: etiam quia genus continet differentias: que sunt extraratione generis: et differentie non continent genus. Conueniunt quoque genus

et proprium: quia utrumque eorum predicatur de suis subiectibilibus intransmutabiliter: differunt tamen: quia genus essentialiter: proprium vero accidentaliter predicatur de eis. Denique genus et accidens solum conueniunt in predicari de pluribus: sed differunt per hoc quod genus intransmutabiliter: accidens autem transmutabiliter predicatur de suis subiectibilibus. Hec de comparationibus generis ad alia quatuor. Species autem differentie conuenit per predicari essentialiter de suis subiectibilibus: differt vero ab ea: quia species in quod: differentia in quale predicatur. Species deinde et proprium conueniunt et differunt: eo modo quo genus et proprium. Similiter species et accidens conueniunt et differunt: sicut dictum est in comparatione generis ad accidens. Hec de comparationibus speciei ad alia tria. Differentia et proprium conueniunt in hoc: quod est predicari in quale et intransmutabiliter de suis subiectibilibus. differunt autem: quia differentia essentialiter: proprium accidentaliter de eis predicatur. Differentia conuenit accidenti: quia utrumque predicatur de pluribus in quale: differt autem ab eo: quia ipsa intransmutabiliter: illud transmutabiliter predicatur de suis subiectibilibus. Hec de comparationibus differentie ad alia duo. Tandem vero proprium et accidens conueniunt: quia utrumque predicatur de pluribus accidentaliter in quale. Differunt vero quia proprium intransmutabiliter: accidens transmutabiliter predicantur de his de quibus predicatur. Et insuper quia proprium prius conuenit speciei: cuius est passio: et posterius in diuiduis: accidens e contra: prius conuenit in diuiduis: et per ea conuenit speciei: hec de proprio comparato ad unum aliud predicabile. Accidens denique ad alia quatuor predicabilia iam est comparatum quando illa comparabatur ad ipsum. Sunt vero alie comparationes eorum de predicabilium: que ex ipsorum diffinitionibus: non ita colligi possunt: eadem

Porphyrius annotauit: et in illis predicabilibus a posterioribus ad priora predicabilia. Accidens igitur ab alijs quatuor per hoc differt: quod ipsum potest de suis subiectibilibus predicari seculum magis et minus. illa vero equaliter participatur ab his de quibus predicatur: vnus enim homo potest dici magis aut minus sapiens altero homine: non autem magis aut minus animal: magis aut minus homo: rationalis aut irrationalis. Deinde proprium et accidens inter se conueniunt: et ab alijs tribus differunt: per hoc quod ista duo de suis subiectis predicantur denominatiue: alia vero tria vnioce de suis subiectis predicantur: et non denominatiue. Item per hoc quod ista duo sunt natura posteriora illis tribus. Unde ait Porphyrius: quod species natura prior est proprio suo: similiter et accidens: eadem ratione genus et differentia sunt natura priora eisdem. Tertio: differentia: proprium: et accidens: inter se conueniunt: et ab alijs duobus differunt: per hoc: quod ista predicantur in quale: illa vero in quod: vnus de his: ut genus non solum sit prius proprio et accidentibus: sed etiam differentia ipsum diuidetibus: species tamen posterior est illa differentia per quam diffinitur: et eadem ratione species est posterior suo genere: quia diffinitio speciei (que semper datur per priora) constituitur ex genere et ex differentia. Adhuc autem species a differentia ex hoc discernitur: quod ex pluribus differentijs potest constitui vna species: ut sensitiuum et rationale constituunt hominem: sed species non adiungitur speciei ad constituendam vnā tertiam speciem. Et quis in rebus externis ex commixtione equi et asine: vel asini cum equa generetur mulus: tamen in predicabilibus: hec species mulus: non diffinitur per illas duas species: equus et asinus. Denique id quod Porphyrius comparans genus ad speciem et differentiam: dixit: Genera quidem priora sunt et simul interimetia: sed que non simul interimantur: est intelligendum de alio modo prioritatis: ab eo

qui posuit est inter speciem et proprium: ille enim erat ordo significationis formalis: iste vero est ordo consequentie. scilicet ut dicatur esse prius id a quo non conuertitur consequentia affirmatiua: sed de hoc infra in postpredicamentis latius dicemus.

Scholium sine glossa.

Apud sapientes frequentissimum est: post absolutam considerationem singulorum (que sunt vnus generis) addere comparatiua seu relatiua: nam ex conuenientijs et differentijs eorum ad inuicem: clarior euadit notitia cuiuslibet eorum: hoc egit Aristoteles in posterioribus: comparans scientiam ad ignorantiam: scientiam ad ignorantiam: scientiam ad opinionem: scientiam ad intellectum. Comparauit etiam demonstrationem vniuersalem ad particularem: affirmatiua ad negatiua: demonstrationem ostensiuam ad eam que est ad impossibile. Comparauit denique scibiles quodlibet: et modos de terminandi eas: hinc demonstrationes formales ad causales et ad effectuales. etc. Porphyrius ergo imitatur autor nosse hoc caput addidit de comparationibus quinque predicabilium: postquam de singulis eorum propria determinatione egerat sigillatim: et quis ordinem Porphyrii obseruet in his comparationibus: verba tamen eius in alia manifestiora mutauit: quatenus hec doctrina et breuior et clarior redderetur. Comparatur genus ad alia: comparationibus quatuor: species ad alia non nisi tribus. differentia duabus: et proprium vna tantum: nam sequens predicabile non comparatur ad precedentem: ex quo iam precedentem ad ipsum comparatum est. Hinc de causa comparationes sequentium predicabilium continne pauiores sunt: donec ad vltimum accidens perueniatur: quod nulla comparatione ad alia predicabilia referretur: iam enim alia omnia ad ipsum comparata sunt. Autor tamen post decem predictas comparationes quinque predicabilium: que ex diffinitionibus singulorum facile intelligi possunt: addidit alias quatuor: ordine tamen preposito. Prima enim comparat accidens ad alia quatuor: secunda proprium et accidens ad alia tria: tertia comparat differentiam proprium et accidens: ad alia duo: quarta denique discrimen facit inter tria priora predicabilia. Hunc enim secundum modum comparationis predicabilium: iterauit autor: ut quedam verba obscuriora Porphyrii exponeret. Primum fuit quod genus sub se continet species et differentias. scilicet: quibus diuiditur ipsum genus. Iste modus continetie est non physicus: sed logicus: quo terminus pauiores habens significata continetur sub termino plura significata: quia significat iste omnia illa que alter significabat: et ad huc quedam alia: hoc enim modo in arithmetica minor numerus continetur a maiore: ut ternario in quaternario: et trigono in tetragono: ut Aristoteles dicit in secundo libro de anima. Genus ergo: ut animal significat omnia illa significata que ista species homo: et omnia illa que ista differentia rationale et ad huc plura alia. Habet ergo se genus ad speciem vel ad differentiam: ut maior numerus ad minorem: et ita ge-

Comparatiua notitia

Atque ratio

Ordo posterior

Contine re quod



nis continet sub se specie et differentiam et non econtra. Quod vero additur differentie sunt extra rationem generis: et Aristoteles accepit in tertio libro sic metaphysice: sensus est de ratione que dicit differentia. differentia que dividit genus non ponitur in diffinitione generis: bene tamen ponitur in diffinitione speciei. In comparatione propria et accidentis posita est hec differentia: quia propria sunt convenit speciei que individuis eius. accidentis vero contra: sunt convenit individuis que speciei. et intelligit per se. i. immediati. posteriori. i. media tuis. ut propria huius est risibile: accidentis eius est albus. Hec igitur propositio: homo est risibilis: immediate est ista: Socrates est risibilis: contra: hec propositio: Socrates est albus: est immediate ista: homo est albus: ratio. n. que Socrates est risibilis: ergo est homo: homo autem est risibilis: ergo est animal rationale: ergo risibile per hominem convenit Socrati: sunt ergo convenit speciei que individuis: contra vero ratio que Socrates est albus: est quia est talis completio: talis patitur aut paritur: et non quia est homo: imo potius homo est albus: quia Socrates est albus: ergo albus: sunt convenit individuis que speciei: et per individuum convenit speciei. Eodem modo dicitur de aliis propriis et accidentibus: aliam speciem. De illa differentia que ponitur inter accidentis et alia que non predicabilia: et hoc quod accidentis predicat secundum magis et minus: alia vero non. Sensus clarus est: quod accidentis possunt addi hec adverbia magis et minus in sua predicacione de suis subiacibilibus: que adverbia in equalitate excessus et defectus significant: aliis autem predicabilibus hec adverbia adiungi non possunt: quia illa equaliter predicantur de his de quibus predicantur: ut hoc genus animal equaliter dicitur de omnibus illis de quibus est genus: accidentibus vero: quod non dicitur secundum magis et minus: nec circulariter: nec quadratiter: ita de aliis multis: ut perbat Aristoteles in suis predicamentis. Differentia que ponitur inter propria et accidentis est una parte: et alia tria predicabilia ex alia parte. scilicet quia illa duo predicantur de nominatiue: ista vero tria univoce. et nihil aliud preedit que si dicitur. propria et accidentis predicantur accidentibus: et alia tria essentialiter. Ita enim accepit Aristoteles hec duo vocabula in principio suorum predicamentorum: quod et magis declarabimus in primo capite libelli sequentis: cum hoc tamen stat verum esse quod predicabile univoce predicat de suis subiacibilibus: et ita propria et accidentis univoce predicantur de illis quorum sunt propria vel accidentis: largi accipiendo univoce. i. uno nomine: et una ratione illi nominis. Et quia tria in locis huius capituli autor ponit differentias predicabilium per se prius et posteriori. advertite quod logice loquendo de propria et posteriori in terminis: potest intelligi duobus modis. scilicet vel in significacione: vel in conequendo. Huiusmodi notandum in libello primo huius loquentes de copollentibus propriis subcontrariarum. Dicitur enim. n. que possit fieri copollentes in significacione: non autem in conequendo. Prioritas ergo et posterioritas duorum terminorum in significacione attenditur in hoc: quod unus eorum est absolute: et alter cognotativus: vel alter aliter: est magis cognotativus: vel si uterque est absolute: aut eque cognotativus: alter altero est superior essentia-

3. Prius concurrens re quod sit

4. Admagis et minus quod.

5. Denominatiue univoce predicari

6. Prius et posterioris logice.

7. Prius

tialiter in quod. Unde patet duo modi huius positivis: aut posterioritatis in significacione: et tertio modo: erit in consequendo. Quando ergo alter duorum terminorum fuerit essentialiter superior altero. ille est natura prior altero suo inferiori: ut genus est natura prius sua specie: et species suo individuo. et hoc verum est tam in absolutis: ut homo et animal: que in cognotativis: ut album et coloratum. et de hoc modo prioritas intelligitur quod dicitur quod genera sunt priora speciebus et differentijs. et. Quando vero duorum terminorum alter est absolutus vel minus cognotativus altero: ille est natura prior: et iste posterior: et hoc modo intelligitur quod tria predicabilia: genus: species: et differentia sunt priora: et propria et accidentis sunt posteriora: et quod species natura prior est proprio et accidente: quia hec duovultima sunt magis cognotativa tribus prioribus: et quod genus est prius differentijs: quia ille cognoscitur super genus. Denique quando duorum terminorum alter sequitur ad alterum in propositionibus affirmativis: et non contra: ille qui sequitur est natura prior: et ille qui antecedit est posterior: ut habet Aristoteles in postpredicamentis dicens: quod prius est a quo non convertitur consequentia: ut bene sequitur: duo sunt: ergo unum est: non autem econtra. Hec igitur modo intelligitur quod genera priora sunt speciebus et differentijs: quia simul sunt intermentia: sed que non simul interrimuntur ab eis. Unde advertite quod inter prius et posteriorius hec tertio modo: dupliciter possumus arguere: quia a posteriori ad prius arguimus affirmative non negative: et hoc est quod dicitur quod posito posteriori ponitur prius: non econtra: sed a priori ad posteriori debent arguere negative non affirmative: et hoc est quod dicitur quod inter prius et posteriori non interrimuntur posteriori: non econtra. Genera ergo non solum priora sunt speciebus primo modo: et priora sunt differentijs secundo modo: sed sunt priora etiam tertio modo: quia ad positionem speciei vel differentie: ponitur genus: non econtra. sed a peremptione generis sequitur peremptio speciei et etiam differentie: non econtra. Hec est ergo quod ait. genera priora sunt et simul interrimuntur: sed que non simul interrimuntur. exempla notissima sunt in animalibus: homo enim et rationalis. Ad hunc etiam modum positivis dicitur potest comparatio differentie et speciei sue: quamvis enim inter eas consequentia sit convertibilis: tamen differentia est prior specie: quia species presupponit differentiam et non econtra: ad hoc ut per eam diffiniatur: diffinitio enim omnis debet dari per priora: quamvis in modo significandi species prior sit differentia: quia illa est absoluta. hec vero cognotativa. Et illud denique discrimen quod ponitur inter speciem et differentiam: preedit et eo quod Aristoteles ponit duos modos formandi diffinitionem speciei: tam in secundo libro posteriorum: quam in secundo topicorum: prius modo dicitur est visitatus. scilicet ex primo genere et ex differentia ipsum dividit et contrahebat ad illam speciem: ut homo est animal rationale. Alter modus est ex supremo genere cum pluribus sub eo differentijs. scilicet tot quot possunt facere completum convertibile cum specie diffinienda: ut homo est substantia corporea: animata sensitiva: rationalis: iste modus raris est apud sapientes: nec fit nisi ubi genera intermedia sunt ignota. De isto ergo modo loquebatur Porphyrius: qui hanc diff-

Secundo.

Tertio.

Interimere loque.

7. Duo modi diffinitionis.

ferentiam ponit: dicens: quod plures differentie. scilicet subalternatim possunt ponantur continui ad constituendam idem diffinitionem una specie: sed non plures species: non enim notat Porphyrius predicabile secundum speciem specialiter: et omnes ille sunt disparate: ut homo equus: alius: deo non possunt simul coniungi ad constituendam diffinitionem unius speciei. Et Argumentum vero de comitione equi et asine: vel equi et asini ad generationem non multum clarum: resolutum Petrus recitior quod antiquior. ille enim dicit: quod particularis equa: et particularis asinus comitentur ad multi generationem: sed non equa et asinus in com. Videtur fingere in rebus naturas comites: que nulle sunt: et si poneretur: adhuc non eadlem argumentum: quia ut paulo superius diximus: ab inferiori ad superius affirmative per indichinitas: proprie est bona consequentia: ut Petrus generat: ergo homo generat. iste asinus comiscitur equi ad multi generationem: ergo asinus comiscitur. et. Dicitur est etiam: quod predicabile accidens sunt convenit individuo et per ipsum convenit speciei: ut iste homo est albus: ergo homo est albus: Ad hoc ergo solutio est Petri recitioris dicens: quod est in rebus ad extra equa et asinus generent multi: tamen non sequitur quod in vocabulis hoc nomen mulus debeat diffiniri per hec duo nomina equus et asinus: sed committitur fallacia figure dictionis: arguendo ex similitudine verum: ad similitudinem vocabulorum. ut non sequitur: vel istis et tunica sunt eadem res: ergo hec duo nomina sunt eiusdem declinationis: nec sequitur negative: homo et asinus non sunt eadem res: ergo hec duo nomina non sunt eadem pars orationis: vel non sunt idem predicabile: quare in proposito non sequitur: ista duo animalia comiscuntur ad multi generationem: ergo ista duo nomina debent poni in diffinitione huius speciei mulus. Hieronimus vero sentiens invalidam antiquioris Petri resolutionem: ea a suo tertio abstrahit in correctione sumularum. Sed quia forte non occurrit ei alia secunda et clara huius argumenti solutio: tamen argumentum que respohone eicet a summulis suis. Advertat tamen novicij logicorum: quod sicut species disparate: non coniunguntur ad diffinitionem unius speciei: ita nec differentie disparate: vel rationale et irrationale: et sicut differentie subalternatim posite coniungi possunt in eadem diffinitione: ita et species subalternatim posite eodem modo coniungi possunt in eadem diffinitione. Sed Porphyrius illa subalterna non vocasset species: sed genera. Solutio insuper argumentum quod autor recitior ponit: est intelligenda de diffinitione quod dicitur et formalis: que componitur ex rectis: scilicet autem de diffinitione causalis: que fit ex obliquis. Si enim ab eo quod res exterius ita se habet: oratio affirmativa est vera: que de eis enunciat: bene sequitur: equa et asinus generant mulum: ergo mulus est animal generit ex comitione equi et asini: que est diffinitio causalis in genere cause efficientis. Denique latinum proprie loquentes: faciunt differentiam inter mulum et burdonem: nam mulum vocant generum ex equa et asino. Burdonem autem: eum qui ex equo et asina generit est. Se de his bacterus.

Argumentum de equa et asino.

Solutio.

Limita no prius.

Secunda.

Burdo.

Caput octavum de predicabilibus improprie dicitur: hoc est de individuis: et de transcendentibus nominibus.

De erant conditiones precipue predicabilis proprie dicti: videlicet. quod esset de pluribus predicabile: et quod univoce de eis omnibus predicari posset. Quare ob defectum cuiuslibet illarum: diffiniendum erit predicabile improprie dictum. scilicet diffinitive. hoc modo. Predicabile improprie dictum est: quod vel de uno solo predicatur: vel de pluribus non univoce. unde due sunt species eius: individuum et transcendens. Individuum est nomen quod unum solum significat: et de uno solo predicatum est. ut Petrus unum solum hominem significat: et de solo pronomine ipsum demonstrante predicatur: ut hic est Petrus: hoc apud gramaticos dici solet nomen proprium: apud logicos terminus discretus vel singularis. Est autem triplex individuum. unum dicitur determinatum: alterum vagum et confusum: et tertium suppositivum individuum appellatur. Determinatum vel signatum individuum est nomen proprium absolutum allicuius rei. ut Petrus: Johannes: brunellus: fauellus. et. et dicitur determinatum vel signatum: quia una certa rem significat distincte. et huiusmodi nomina rarissima sunt in rebus mundi. Vagum autem confusum individuum est complexum ex nomine comuni et pronomine demonstrativo: ut iste homo: ille equus. Et dicitur vagum et confusum: quia licet solam unam rem significet: non tamen certam et determinatam ex modo sue positionis. et huiusmodi individuis utitur proprie semper in omnibus rebus mundi: tam substantijs que accidentibus. ut iste lapis: hec albedo. hoc lignum. et. Suppositivum individuum (quod ex suppositione dicitur) est nomen quidem ex sua impositione commune: sed aliquo casu posito: ut imur eo ut nomine proprio: ut Sophronici filius: posito quod ille homo non habeat nisi unum filium: est individuum: quia unum solum hominem significat. Eadem ratione: hec nomina: phenix: mundus:

Diffinitio com.

Individuum diffinitio.

Triplex individuum. Determinatum.

Vagum.

Suppositivum.



solituna: et alia huiusmodi censentur esse individua: quia unum quodque coram solam unam habet rem quam significat. Transcendens est nomen commune quidem pluribus rebus non univoce significans: estque predicabile directe de terminis diversorum predicamentorum: ut ens: unum: verum: bonum. etc. Hec nomina quamvis sint non univoce in significando et predicando: non tamen sunt dicenda equivoce: sed analoge: ut Aristoteles docet in quarto libro sue metaphysice: quia hec omnia sunt propria dicibilia illius scientie. Transcendentium tres precipue sunt differentie: nam eorum quedam indifferentes significant omnes res mundi: ut ens: res: aliquid: idem: differens. etc. Alia significant rerum principia: ut principium: causa: elementum: natura. etcetera. Alia demum significant rerum diversitates: ut actus et potentia: prius et posterius: substantia et accidens: verum et falsum: habitus et privatio: totum et pars: et alia plura que Aristoteles diffuse declarat in quinto libro sue metaphysice. Hec de predicabilibus.

4 Transcendens nomen quid.

5 Triplex transcendentia

Scholium sine glossa.

Circa principium huius secundi libelli dicitur erat quod logica minus est de solis vocabulis scientificis mentionem facere: quod et approbate predicabilia vocat. Hec enim posita est distinctio: nam quedam eorum erant predicabilia proprie dicta: que et univocata: id est communia univoce: et hec diuisa sunt in quinque species: que dicuntur quinque predicabilia: genus: species: differentia: proprium: et accidens. Alia erant predicabilia improprie dicta: scilicet: que vel non sunt communia: sed singularia in individuo: vel sunt communia non univoce: nec tamen pure equivoce (quia illa non pertinent ad scientiam veritatis: sed ad sophisticam vane falsitatis) sed dicuntur analoge: quia licet habeant plures rationes: ille tamen omnes referuntur ad unam principalem: et huiusmodi sunt omnia transcendentia. Porphyrius ergo in sagogenes huiusmodi ad categorias Aristotelis: de solis disputant necque predicabilibus proprie dictis: quia et eis solis terminatur predicamentorum coordinationes. Individua autem et transcendentia nomina: non reponuntur in predicamentis: nam illa deficient: hec vero excedunt. coordinationes enim a generalissimis per subalternas usque ad specialissima descendentes: ibi sistunt: nec ultra procedunt: quare individua sub speciebus posita deficient a coordinationibus: et ad eas non attin-

Ratio- nes hu- necque tis ad deti.

gunt: transcendentia vero potius excedunt eorum rationes: quia sunt super eas: utraque tamen ad scientias pertinent licet non eodem modo. Nam individua deficient ad faciendas inductiones: quibus principia colliguntur: declarantur: precipue in moralibus et physicis. Transcendentia autem sunt propria dicibilia scientie metaphysice: et quibus formae suae principia et conclusiones. Ad logicum ergo pertinet de predicabilibus improprie dictis sermonem facere: et non nisi in prima logica parte: quod est de incompletis: et hec pars completis predicabilia: atque predicamenta. Hac itaque ratione. Petrus. Hicpan? recedit aggressus? predicamenta tamen hec ultimo huius secundi libelli summularum capite: quasi in continuo predicabilium et predicamentorum: de individuis et de transcendentibus pauca quaedam supradidit: modo. Introducto. Et premissa namque definitione predicabilis improprie dicti: duas eius subfinitur species: individuum et transcendens. Individuum diffinitio: conformiter ad ea que dicta sunt de predicabilibus proprie dictis: modum significanti eius explicat: et modum predicandi. De primo autem: quod individuum nomen unam solam rem significat. scilicet materiali significatione: que dicitur suppositio termini: quia propria tantum re supponit: et hoc vel ex modo sue impositionis: quam actu habet: vel ex defectu rei quam significat. primum horum habent due prime species individui: secundum pertinet ad tertiam speciem: que dicitur individuum suppositivum. De predicamento modo predicandi individui: subiungit: quod de uno solo subiectibili predicari potest: intellige affirmative: verum: univoce: et directe: nam sine his conditionibus: in individuo de pluribus potest predicari: ut notamus supra in explicanda definitione univocata. Subiectibile proprium individui: nullum aliud dari potest quam pronomen demonstrativum primitivum speciei: ut hic est Socrates: ille est: Plato. etc. Ad ergo probat recitior Petrus declarationem huius diffinitionis: quam antiquior dederat in capite de specie: dicens. Individuum de uno solo predicatur: ut Petrus de scriptor: nam eundem de scriptor non est directa predicatio: pro nomen autem demonstrativum alicuius rei: absoluteissime illam significat et singularissime: ergo quicquid aliud de ipso predicatur affirmative: predicatur directe de eo. Et quod Aristoteles dicit in predicamentis: quod a prima substantia (que est individuum predicamenti substantie) nulla sit predicatio directa. etc. hoc est: quod prima substantia de nullo subiecto potest directe predicari: cum ipsa sit terminus absolutissimus et individuum: intelligi debet: de nullo dicibili predicamentali: tamen de pronome demonstrativo. no primitivo potest ipsa directe predicari: nam huiusmodi pronomen censet magis singulare: magis absolutum: quam ipsa prima substantia. Dimissio individui: in illa tria membra notissima est ex predictis: nam individuum determinatum sine signatam fere semper est nomen incompletum absolutum: et soli unius rei impositum sine ulla cognatione: et huiusmodi nomina rarissima sunt in rebus: quia non nisi in predicamento substantie: et preter speciem humanam: in aliis speciebus eiusdem predicamenti vix reperies unum: ut bruellus: fauellus. In aliis vero omnibus speciebus

2

De quo dicitur

Argu- mentum

Incom- pletum indi- viduum

speciebus

Comple- tum indi- viduum. species: et illius predicamenti quam aliorum omnium: omnia individua sunt vaga. i. complexa et nomine communi determinato per pronomen demonstrativum: ut iste equus: hec linea: illa albedo. etc. et unumquodque illorum ex modo sue impositionis habet quod sola unam rem significet de materiali: quia nomen commune restringitur per pronomen sibi appositum ad unam tantum rem significandam: quamvis non certam et determinatam: et propterea vocatur tale completum: individuum vagum. i. quali confusum et commune: si pronomen demonstrativum univoce accipias in omnibus huiusmodi completis: iste homo: ille leon: ille lapis: quod tamen non omnes concedunt. Individuum suppositivum ex modo sue impositionis est terminus communis: sive sit incompletum: ut mundus: pater: sine completum: ut filius Joannis: frater Petri. etc. quia si plures huiusmodi res fierent: terminus ille sine nova impositione cas omnes significaret: quia tamen una sola res correspondet ei de facto: vnum illo nomine pro individuo. ideoque vocat individuum ex suppositione. i. supposito quod non sit nisi una res ei correspondens. Diffinitio nominis transcendens: est intelligenda de transcendenti formaliter: non autem materialiter. Unde adverte quod aliquod nomen dupliciter potest dici transcendens: scilicet vel in significando: vel in predicando. In significando adhibe duobus modis: quia vel de significatione materiali: que dicitur suppositio: vel de formali: que appellatio vel cognatio vocatur. Transcendens ergo materialiter est terminus supponens pro omnibus rebus mundi: et hoc modo dicitur reals et plerique nominalium: que non sunt nisi se transcendentes: scilicet tria absoluta: ens: res: aliquid: et tria cognatiua: ut unum: verum: bonum. sed hoc falsum est: nisi hec nomina: ad aliquid: idem: differens: diversum: et alia quedam: ut imaginabile: cognoscibile: nominabile. etc. sunt transcendentia materialiter: et omnibus non mente captis est competentissimum. Transcendens formaliter est nomen habens simul modos significanti generalissime distinctos: et si est modo absolutum: modo cognatiuum: ut corpus: habitus. etc. vel si est nunc prime impositionis: nunc secunde: ut genus: species. etc. Et hoc modo significanti formali ortum habet transcendens in predicando: scilicet quod habet modos predicandi diversorum predicamentorum: ut patet in eisdem exemplis. Quando ergo sapientes distinguunt transcendentia alimitatis: intelligunt de eis formaliter acceptis: non autem materialiter: huius signum est quod Aristoteles illa nomina ad aliquid: idem: differens: posuit in predicamentis: ut limitata: que tamen sunt materialiter transcendentia non formaliter. Quare autor in diffinitione transcendentis prime accepti: duo tetigit: primo modum significanti dicens: quod est nomen commune pluribus rebus non univoce: ut pote quia habet modos significanti generalissime diversos: ut hoc nomen habitus quando est prima species qualitatis: et quando est genus generis generalissimum decimi predicamenti. similiter hoc nomen corpus: quod modo est genus subalternum in predicamento substantie: et modo species specialissima in predicamento quantitatis. Secundo tetigit modum predicandi transcendentes dicens: quod est predica-

4 Transcendens est intelligenda de transcendenti formaliter: non autem materialiter.

Abdante riale.

forma le.

Diffini- tio tras- ceden- tis.

bile directe de terminis diversorum predicamentorum: ut patet in eisdem exemplis. Huiusmodi nomen potest predicari essentialiter de scientia: sapientia: intellectu: et de opinione. Potest etiam predicari essentialiter in quid de tunica: collobio: pileo: chiroteca. etc. habet vero nomen transcendens hos diversos modos significanti et predicandi incommutere: et confuse acceptum absque distinctioe. Nam quando distincte accipitur in una sola suarum acceptionum: iam non est transcendens: sed limitatum predicamentale. Primo modo metaphysica accipit hec nomina. s. ut sunt transcendentes: sed secundo modo ea vsurpant alie scientie speciales. unde hoc nomen ens indistincte acceptum est transcendens formaliter et metaphysice considerationis. sed quando est absolute significationis solum: vel nomen secunde impositionis solum: iam non est transcendens: nisi materialiter: sed est limitatum ad aliquod certum predicamentum: estque pertinens ad aliquam specialium scientiarum. Hec miretur aliquis quod nomen equivoce indistincte acceptum scientificum dixerimus: quia hoc ex premissis verbis docet Aristoteles in quarto libro sue metaphysice: quando. s. nomen non est pure equivoce: sed analogum. Hec idem notavit autor in littera: ubi ait: Hec nomina quamvis sint non univocata. etc. De his transcendentibus longum tractatum fecit Aristoteles in quinto libro sue metaphysice: in quo quadraginta et eo plura nomina distinguit: que omnia autor nosse ad tria genera reducit: ut clare patet in littera. In quolibet autem nomine transcendente: Aristoteles primo eius varias acceptiones exponit: secundo eas omnes ad unam principalem reducit: quod est ipsum non pure equivoce: sed analogum ostendere: atque subinde scientificum esse: quia unitatem observat in sua significatione. Et hac doctrina elicitur hoc documentum peripateticis philosophis necessarium. s. quod hec nomina: substantia: quantitas: qualitas: ad aliquid: et alia plura: non eodem modo accipiuntur ab Aristotele in quinto libro metaphysice: et in opusculo categoriarum: illic enim confuse et indistincte accepta sunt transcendentia metaphysica. Hec autem distincte et univoce posita sunt limitata et ad scientias speciales pertinentia: quod etiam ex doctrina tertii libelli sequentis fiet manifestum.

5 Dicitur transcendentia

Secundi libelli summularum fins.



Tertij libelli summularum de predicamē tis dicibilium scientificorum; capita tredecim.

- Caput primū: de tribus p̄mis antepredicamētis; que sunt tres diffinitiones.
 Caput secundum: de quatuor alijs antepredicamentis.
 Caput tertium: de numero predicamentorum.
 Caput quartum: de predicamento substantie.
 Caput quintum: de predicamento quantitatis.
 Caput sextum: de predicamento qualitatis.
 Caput septimum: de predicamēto ad aliquid. i. relatiuorum.
 Caput octauum: de predicamentis actionis et passionis.
 Caput nouū: de quatuor vltimis predicamētis; quādo; vbi; situ; et habitu.
 Caput decimū: de predicamēto secundarum intentionum.
 Caput vndecimū: de predicamentis rerum vniuersi.
 Caput duodecimū: de postpredicamento oppositorum.
 Caput tertiumdecimū: de alijs quatuor postpredicamentis.

Tertius libellus

summularū: de predicamētis Aristotelicis; que Breuicategorias vocant. Habet capita tredecim.

Caput primum est de tribus p̄mis antepredicamentis; hoc est de diffinitionibus equiuocorū; vniuocorū; et denominatiuorum.



A cognoscendum predicamenta Aristotelica; que admodum sunt principia plibanda (preter ea que in predicabilibus posita sunt) sine quorum preuia cognitiōe nō possent faciliter intelligi predicamēta. Et in primis a vocabulorum diffinitionibus ordiamur; quemadmodū fieri solet in alijs disciplinis. Eorum ergo que dicuntur. i. dicibilia; ex quibus predicamēta conficiuntur; quedā sunt equiuoca; alia vniuoca; et alia denominatiua. Equiuoca dicuntur ea; quorum solum nomen est commune; et ratio substantie secundum illud nomen est diuersa; hoc est; equiuocum est no-

Equo
ca.

mē: quod vnum et idem manēs; plura significat diuersis rationibus essentialibus; vt hoc nomen animal significat animal viuū et animal pictū; et eis solum nomen est commune. sed rationes secundum illud nomen sunt diuersę. Dicimus enim de leone picto in pariete; ecce terribile animal; et de leone viuo idem dicimus; scilicet sumendo nomen animal equiuoce. i. diuersis rationibus. Aniuoca vero dicuntur ea; quorum nomen est cōmune; et ratio substantie secundum illud nomen est eadem; vt hoc nomen animal significat hominem; bouem; et leonem; eiusque nomen est commune. Dicimus enim; quod homo est animal; bos est animal; et leo est animal; et ratio substantialis secundum hoc nomē; est in eis vna et eadem scilicet; corpus animatum sensituum. Dicimus enim quod homo est corpus animatum sensituum; et similiter bos et leo. Ratio nominis in proposito est diffinitio eius; vel etiam conceptus mentis illi nomini correspondens; et si illa diffinitio fuerit essentialis; dicitur ratio substantie; aut substantialis; que in vniuoco nomine est vna et communis o-

Unius
ca.

Caput primum de tribus diffinitionibus.

fo. xxxij.

mnibus eius significatis; in equiuoco vero est diuersa. Denominatiua dicuntur; que cunq; nomina ab aliquo solo casu differentia; secundum illud nomē habent appellationē; vt ab albedine albus; a fortitudine fortis; habent suam appellationem. Et cōueniunt hec nomina illis in principio dictionis; sed differant solo casu. i. sine et terminatiōe; et dicuntur a neotericis denominatiua nomina concretata; ea vero ad que cōparantur vocantur abstracta.

Corre-
ti et ab
fractū.

Scholium sine glossa.

Quis tertij libelli titulus; latine dicitur predicamenta; grece vero categoriæ; id est coordinatiues dicibilia scientificorum; quia eius principale institutū est coordinare predicabilia ad invicē; hoc est genera ad species et differentias; et facere diuersitates generū et specierū penes essentialia et accidentia; et accidentiū vna distinguere genera atq; species. i. cōprehendendo predicabile propriū sub accidente. Habet autem libellus iste tres p̄cipuas partes. prima est de antepredicamentis; secunda de predicamentis; tertia de postpredicamentis. Antepredicamenta sunt quidam p̄cipia totius doctrine predicamentorum; que ad predicamenta adiūta parant; magis prope ea que in predicabilibus dicta sunt. hec autem sunt quorundam vocabulorum diffinitiones; et diuisiones; atq; etiam quas vocant dignitates et suppositiones. hec enim tria principiorum genera; supponenda esse in qualibet disciplina docet Aristoteles in posterioribus. Et imprimis est hic advertendum; quod predicamenta sine coordinationibus vocabulorum scientificorū (de quibus hic precipue agere intendimus) solūmodo hūc et terminis vniuersalibus seu predicabilibus prope dictis; quos in hoc tertio libello appropriate dicibilia vocare placet. hec autē omnia sunt cōia vniuoca; non autē equiuoca. Cōmune. n. est; inq; Sophyrus; omnib; predicabilib; de pluribus vniuoce predicari; equoeca ergo nomina etiā si sint communia; a predicamentis reiecta sunt. Autor ergo per diffinitiones declarat que nomina sunt equoeca; et quā vniuoca; quatenus innotescat que dicibilia sint predicamētalia; et quā non; incipit ab equiuocis reijciendis. Itē vniuoca predicamentalia duplicia sunt; quedā essentialia; alia accidentalia. Essentialia sunt; genera; species; et differentie respectu suorū subiectabilium; et hec appropiate vocantur vniuoca. Accidentalia sunt predicabilia propria et accidentia respectu suorum subiectorum; et hec prope dicuntur denominatiua. Hanc differentiam notante Sophyrus dicit. Genus; species; et differentia predicantur vniuoce; propriū vero et accidentis; potius predicantur denominatiue. Et his ergo duobus dictis Sophyrus; apparet; quod ly vniuocū potest accipi cōiecte et proprie. Communiter loquendo vniuocū dicitur omne nomen quod de pluribus vno nomine et vna ratione predicari potest; siue essentialiter siue accidentaliter predicatur; et ita omne predicabile

Unius
cum du-
pliciter

est vniuocum. Sed proprie loquendo vniuocū dicitur solum illud quod de pluribus predicatur vno nomine et vna ratione essentialiter; vt genus de suis speciebus; species de suis indiuiduis; et differentia de specie et de indiuiduis ei. Hoc ergo secūdo modo et prope accepit autor; hic nomē vniuocū; sicut et Aristoteles; nā diffinitionem denominatiuorum. i. essentialiū; se parauit a diffinitione vniuocorū. i. essentialiū; quod etiam denotauit particula illa; ratio substantie; in diffinitione vniuocorum posita. Tres diffinitiones iste in plurali numero posite videntur obscure; sed recte ad nomen vniuocū; sicut clarioris; hoc modo. Equiuocum nomen est; quod vniū est et commune in voce; plura significat diuersis rationibus essentialibus; secundū illud nomē acceptis; et patet in exemplo litere; de hoc nomine animal cōparato ad animalia viua seu vera; et ad animalia picta; que non sunt vera animalia; nam hoc nomen communiter accepit hec et illa significat; quod patet ex cōmuni vni loquentium; qui non solum leonē viuū animal vocant; sed etiam pictū in pariete leonē videntes; dicunt; ecce terribile animal; nomen ergo animal est cōmune et idē ad animal viuū et pictū significadū; sed alia et nō eadem rōne vtrūq; significat; leo. n. viuus dicitur animal; quia habet animam sensitiuam; sed leo pictus alia ratione dicitur animal. i. quia habet figuram et colorem ad similitudinē leonis veri; quod est animal eodem modo diceretur de multis alijs minimis equoecis. Distinguit autē autores duplex nomen equiuocū. aliterū a casu; alterū a cōsilio. Equoeca a casu; quod et pure equoecū dicitur; est nomē plurimum a casu significans diuersis rationibus; quarū nulla referretur ad aliam; sed imprinenter ac disparate se habent; et propterea dicitur equiuocū a casu; quia accidit vt vnus hō post aliū; idē vocabulū imponeret ad aliam rem significandā alia ratione; et nullo respectu habito ad hōc impositionem atq; significatiōē; vt hoc nomē canis apud latinos equoeca et diuersis rōnib; significat quodā animal terreste; et quendam piscē marini; atq; stellā quandā celestē; et nulla harū significatiōnū atq; rationū referretur ad aliam. Equoecū a cōsilio est nomen Equoeca plurā significans diuersis rationibus; quarū tamē aliquid a cōsilio referretur ad alterā; et propterea dicitur equoecū a cōsilio; vel potest a p̄posito; quia secūdo impositor habuit respectū ad impositionē primā; quasi cōsiliū est nomen Equoeca vt patuit in exemplo de animali vero et picto; propterea enim pictura animalis dicitur animal; quia habet aliquē respectū ad verū animal. i. similitudinē in figura et colore. Animal ergo equoeca a cōsilio significat verum animal; et pictura ei; quia nō a casu sunt; sed a p̄posito; vt secūdo imponeret idē nomē ad significadū picturā animalis; et ita in multis alijs. Hoc inq; equoecū a cōsilio nō est pure equoecū; sicut equiuocum a casu; quia in equoeco a casu rationes sunt penitus diuersę; et nullam inter se unitatem habent. sed in equoeco a cōsilio (quod Greci analogū vocāt) rationes nō sunt penitus diuersę; quia habent cōuenientiam similitudinē; quā vna earum sit propter alteram; et vna habet analogiam id est attributionē ac referibilitatē ad alteram; et regula tertij libri topicorū; vbi vniū propter alterum; vtrūq; tantū vnum est. i. equiuocū; et in equiuoco analogo rationes non sunt penitus diuersę; non est

2

f. q.



VNIERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDOUSALES

ergo pure equivoce. Et propterea Aristoteles in quarto libro sue methaphysice concedit q analog...

Equo cans 7 equoca tum.

3

Ratio nois dif finitio.

Ratio cocept

Ratio substan tic.

4

primum vel accidens: et illud est nomen adiectivi predi cabile de subiecto: super quod adde cognotationem...

Appel latio vt cogno tatio.

Deno minatio pfecta.

Deno minatio imp fecta.

mentum substantie et similiter ad nomina substanti a aliorum nouem predicamentorum: nam albedo...

Nome deno minatio duplex.

In gram matica

In logi ca.

Appel latio

gram matica.

Causa in logi ca.

predicamento substantiarum (designato in diffini tione uniuocorum) discernitur: q illa de primis sub...

Caput secundum: de alijs quatuor antepredicamentis: scilicet de dua bus diuisionibus: et totide regulis.

Pria diuisio.

2

Secun da diuisio.

f ij



tur de subiecto: neq; sunt in subiecto: vt in diuidua predicamenti substantie: vt Socrates: Plato: Petrus & Paulus. Alia demum non dicuntur de subiecto: sed sunt in subiecto. vt in diuidua alioru noue predicamentoru: vt hoc albu: hoc bicubitum: hic pater. &c. **C** De subiecto: vt hic sumitur: est superius vniuocum predicari de suo inferiori. vt homo est animal: albu est coloratum. Esse vero in subiecto in hoc loco accipitur logicum: pro eo quod de altero predicatur accidentiter denominatiue: eo modo quo predicabile proprium vel accidens dicitur de suo subiecto: vt homo est risibilis: paries est albus. **C** Ex tribus itaque promissis diffinitionibus: pariter et ex duabus diuisionibus colligi potest: que dicibilia sunt ponenda: et que non sunt ponenda in predicamentis: quia equiuoca et complexa non sunt predicamenta: sed sola vniuoca et incompleta. Apparet etiam discrimen eorum que ponenda sunt in diuersis predicamentis: nam vniuoca essentialia: et ea que non sunt in subiecto: pertinent ad predicamentum substantiarum. Denominatiua vero et ea que sunt in subiecto: distribuenda sunt per nouem predicamenta accidentium. **C** Apponamus insuper regulas: que que sint principia totius artis coordinatiue predicamentorum. **P**rima regula. Quando alterum de altero predicatur vt de subiecto: quecumque de eo (quod predicatur) dicuntur: omnia et de subiecto primo dicuntur. Sensus est. Quid quid est superius superiore: superius est et inferiore: in coordinatione predicamentali: et hec dignitas est: atque communis animorum conceptio: vt animal dicitur de homine vt de inferiori: et substantia dicitur de animali vt de inferiori: quare etiam substantia dicitur de homine vt de inferiori. similiter color dicitur de albedine: et iterum qualitas de colore: dicitur ergo qualitas de albedine: et ita in alijs predicamentis. **C** Secunda regula. Diuersorum generum: et non subalternatum positorum: diuerse sunt species: et dif-

Dicitur de subiecto.

Essentia in subiecto.

Epilogo superius inferioris.

Prima regula.

Secunda.

ferentie. Sensus est. Coordinatione predicamentorum non permiscetur: et hec suppositio atque petitio nominatur: vt animalis species sunt: homo equus leo. et differentie sunt: rationale et irrationale. Scientie species sunt: arithmetica: physica: logica. eius differentie sunt: naturale: morale: et sermocinale: et ita de alijs generibus. Diuersa genera et non subalternatum posita sunt diuersa predicamenta et eorum genera. Etiam in eodem predicamento diuersa genera dicuntur subalternata disparata: vt animal et planta in substantia: scientia et color in qualitate. magnitudo et multitudo in quantitate. et similiter in alijs predicamentis.

Scholium siue glossa.

In secundo libello de predicabilibus in capite de genere: facta est mentio de decem generalissimis: que sunt capita decem predicamentorum: que Aristoteles pertrauit in suis categoriis. et sunt hec. Substantia: qualitas: actio: passio: quando. vbi situs: et habitus: et deinde in capite de specie positum est exemplum predicamenti substantie: a supremo genere subalterna descendendo usque ad speciem infimam. Quia ergo in hoc tertio libello introductione euidemus ad predicamenta Aristotelis: supponamus imprimis predicamenta conuenire terminis scientificis: que superius dicebantur predicabilia: nisi vero discretiois gratia: eosdem terminos vocamus dicibilia. ex dicibilibus itaque sunt predicamenta coordinationes. **C** Sed ad videndum ex quibus et qualibus dicibilibus fieri debeant: autor sequens Aristotelis modum: premittit tres dicibilium diffinitiones. equiuoca: vniuoca: et denominatiua: quatuor reiectis equiuocis: immuetur prima decem categoriarum fieri ex vniuocis: alias vero noue ex denominatiuis. Maior etiam declarationis gratia: adiungit etiam duas dicibilium diffinitiones: hoc est ad clarius docendum ex quibus et qualibus dicibilibus fieri debeant coordinationes predicamentorum. Nam ex prima diuisione haberi vult eas fieri ex incompleta: non autem ex completa. **E**t altera vero diuisione discernuntur diuersorum predicamentorum dicibilia penes esse vel non esse in subiecto. **C** Et quia dictum est quod equiuoca non pertinent ad predicamenta siue sint completa siue incompleta: opus est videre: quia de causa vniuoca complexa non reponantur in predicamentis: sed ex prima diuisione reiecta cetera sunt a predicamentis. Ad hoc meo iudicio (saluo meliori) dici potest: quod artes et scientie sapientiu ideo dicuntur methodi. id est breues: quia semper autores: quantum materie patitur qualitas: summe student breuitati. Inter alia autem breuitatis studia hoc habet: vt sola simplicia tractet artificiose: composita autem arbitrio ingeniosorum perquirenda relinquunt: nam composita ex simplicibus facile cognoscere possunt. Aristoteles igitur in predicamentis breuitatis consules: sola simplicia dicibilia coordinare studuit:

Ex predictabilibus substantiis.

Complexa que non ponantur in predicamentis.

que et incompleta vocantur: nec ea omnia: sed tantum scientifica. Completa autem vniuoca: quamuis scientifica sint permiscetur: scilicet quod ex incompleta quadam manifesta: hac igitur ex causa in predicamentis: prima diuisio complexa separatur ab arte ista: nec admittit ea in coordinationibus. nisi forte ex inopia vocabulorum: nam vbi incompleta desunt: circuloque completis pro eis utendum erit: vt in predicamento substantie sub corpore ponitur animatum corpus: genus subalternum. Idem videtur licet in quibusdam alijs predicamentis. **C** Aduertendum etiam: quod dicibilia complexa dupliciter esse possunt: altera distant: altera indistant. Completa distant fit per copulam mediam inter partes complexorum: vt homo est animal: homo vel alinus: deus et homo. &c. nam propter copulam mediam: et remota a seipsis distant. Completa indistant est: quod due dictiones immediate si hisse conunguntur per modum determinabilis et determinantis: vt animal rationale: homo dei: subiectus magistro. &c. Et quilibet istarum complexorum potest esse triplex: quia vel solum vocalis: vt luciter: magnanimus. &c. que a grammatice dicuntur nomina complexa: vel est solum complexio mentalis: vt amo: docco: et omne verbum adiectiuum: quia subordinatur duobus conceptibus. scilicet vbi substantium et sui participij. similiter verba excepte actionis: vt pluit: tonat. &c. sed perfecta complexio est simul in voce et in mente. **V**t patuit in exemplis positus de complexione distate et indistate. **C** Sed de his alias: nam hic de incompleta est curandum: vnde reiecta distate octo modorum essendi in alio: que ad propositum nihil aut parari conuenit. **A**utor recitior procedit ad secundam diuisionem de incompleta varijs modis: quia ex verbis Aristotelis quod drisariam facit. sed reducta ad bimebram clarior erit hoc modo. **I**ncompleta quedam non sunt in subiecto: alia vero sunt in subiecto: accipiendo esse in subiecto logicum. pro eo quod est predicari denominatiue: vt predicabile proprium vel accidens. **V**nde non esse in subiecto est predicari essentialiter: vt genus: vel species: aut differetia: quare hec diuisio bimebris nihil aliud affert: quam differetia vniuocorum et denominatiuorum: restringit tamen ea ad incompleta: vt sit sensus: **I**ncompleta quedam predicantur essentialiter vniuocis: alia accidentiter et denominatiue. **E**t hac diuisione apparet clara differetia predicamenti substantie ab alijs nouem predicamentis accidentium: nam in comparatione ad primam substantiam: que est primum omnium predicabilium subiectum: dicibilia predicamenti substantie predicantur essentialiter: et non sunt in subiecto. Dicibilia vero aliorum nouem predicamentorum predicantur accidentiter: et sunt in subiecto. **S**ed quia in quolibet predicamento sunt vniuocalia et singularia: ideo utrunque premisse diuisionis mebrum iterum in duo diuidit: per dici vel non dici de subiecto: hoc modo. **E**orum que non sunt in subiecto: quedam dicuntur de subiecto: et alia non dicuntur de subiecto. id est inferiori sub eis contento: quia dicibilia predicamenti substantie quedam sunt vniuocalia genera. species vel differetie: vt homo: animal: sensum: rationale. &c. Alia sunt singularia vt in diuidua: Socrates: Plato. Petrus et Paulus. Similiter eorum que sunt in subiecto: quedam dicuntur de subiecto: quia sunt vniuocalia genera vel species predicamentorum accidentium: vt magnitudo: li-

nea color: albedo. &c. Alia non dicuntur de subiecto: quia sunt in diuidua predicamentorum accidentium: vt hec linea: hec albedo. &c. **E**t in his exemplis abstracta indifferenter ponuntur pro seipsis et pro eorum concretis: nam in secundo huius libello declaratum est: quod abstracta non sunt predicabilia accidentia: sed sola concreta seu denominatiua: et sic patet omnia quatuor membra secunde diuisionis posite in litera. **C** Et qua etiam apparet due exceptiones huius nominis subiecti: etiam duobus quando est nomen secunde impositionis logicę. scilicet pro termino posito sub alio in coordinatione predicamenti: et pro termino de quo aliud predicatur denominatiue: vt proprium vel accidens: quo modo accipiebatur subiectum in diffinitione accidentis super in secundo huius libello. **A**ptior ergo nro proposito fuit hec distinctio duorum modorum subiecti: quod illa: octo modorum et scendi in: quam antiquior Petrus hic posuerat. **E**t supradictis ergo quibus antepredicamentis. id est diffinitionibus et duabus diuisionibus: vult autor habere precognitum. scilicet que dicibilia sint excludenda a predicamentis: et que admittenda in eis. **L**icet enim predicamenta sint coordinationes vocabulorum scientificorum: erudenda sunt equiuoca et complexa: atque in diuidua: que non pertinent ad artificium scientificum: sed sola vniuoca: incompleta: et vniuocalia seu predicabilia proprie dicuntur. **C** Hoc supposito veniamus ad principia regulatiua coordinationum. id est que docent modum coordinandi omnes et singulas categorias. **E**t sunt duobus antepredicamenta: quas vocat duas regulas. **P**rima. Quando alterum de altero predicatur. &c. hoc prescribit: quod dicibilia scientificorum coordinationes debent fieri secundum predicationes eorum vniuocis. id est essentialis quod dicitur: ita quod predicatum huiusmodi predicatio: nis ponatur superius et subiectum eius inferius: et si vult tenus de illo predicato aliud dicibile predicet essentialiter in quid: et illud ponatur super primum predicatum super primum subiectum. **E**t si adhuc de secundo predicato aliud tertium eodem modo predicatur: illud iterum est collocandum super tria precedentia: et sic consequenter ascendendo: quousque pueniatur ad supremum predicatum: de quo nullum aliud predicari possit modo predicto: et illud erit genus generalissimum illius coordinationis: primum subiectum erat species specialissima: que nullum habet sub se vniuocale. **I**ntermedia vero que subiecta et predicata esse poterant: dicuntur subalternata vt patuit exemplum in arbore Porphyriana: que ascendit super hanc speciem homo usque ad substantiam. **E**t simili modo fieret coordinatio super aliam speciem quamcumque in predicamento substantie. idemque modus coordinandi obseruari debet in alijs predicamentis accidentium. **A**utor vero sensum huius regule sub alijs verbis concludit: dicens. Quicquid est superius superiore: superius est et inferiore in coordinatione: et est eadem sententia: nam superius est predicatum: inferius est subiectum ergo quicquid predicatur de predicato: predicatur et de subiecto. **H**oc principium dicitur dignitas et communis animorum conceptio: quia est propositio per se nota et terminis: eamque audiam vniuocis concederet sine alia probatione: est ergo principium per se notum. in hac prima logica parte. **N**ec est imaginandum vt plerique indocti putant: quod Aristoteles hac regula voluerit modum arguendi docere: vnde et laborat in per

Subie

Sensus prime regule.



Caput tertium: de numero predicamentorum.

quidam conditionibus ad bene arguendum per hanc regulam. Alij dicunt qd hic Aristoteles docuit facere syllogismos quarte figure: quia in primo libro suorum porri visus fuit negare. sed hec omnia a presenti instituto sunt aliena quare t. dimitteda. Secunde regule diuersorum generu. te. Senfium explicans autor: dicitur de regu

Atequam veniamus ad singula predicamenta: opus est eorum numerum determinare. Et quidem predicamenta decem esse: non solum suppositum Aristoteles ex auctoritate suorum predecessorum: verum etiam inductione prout ita dicens. Eorum que secundum nullam complexione dicuntur: singulum aut significat substantiam: aut quantitatem: aut ad aliquid: aut qualitatem: aut agere: aut pati: aut ubi: aut quando: aut situm esse: aut habere. Est enim substantia ut exemplariter dicatur: ut homo equus. Quantitas: ut bicubitum tricubitum. Ad aliquid: ut dupliciter tripliciter. Qualitas: ut albedo nigredo. Ubi. ut in loco esse. Quando. ut heri fuisse cras fore. Situs. ut sedere iacere. Habitus: ut armatum vel calciatum esse. Agere: ut secare vtrere. Pati. ut secari vri. Tericerici tamen plura his ponunt predicamenta primarum intentionum: et super addunt adhuc predicamentum secundarum intentionum.

Scholium sine glossa.

Expedita prima huius libelli parte de antepredicamentis: aggreditur autor secundam de predicamentis: sed priusquam de singulis agat in specie: ponit hoc capitulum de predicamentis in genere: a communioribus ordiendoci. vt docet Aristoteles in problema physico et in hac generalitate solum inquirat de numero predicamentorum: an sint tantum decem predicamenta vel plura qd decem: eius litera clara est: qd primo ex Aristotele cum auctoritate omnium fere antiquorum philosophorum: tarat numerum denarium predicamentorum: ponens nomina et exempla singulorum. Secundo refert neotericorum logicorum sententias: qd ultra decem predicamenta ab Aristotele accepta: quedam alia addiderunt: etiam in primarum impositionum dicibilibus: de quibus solis egerrat Aristoteles. t. pter primas impositiones quidam eorum addidit predicamentum terminorum secundae intentionis. Sed vt hec omnia reddamus clariora ac certiora: a predicamenti diffinitione ad eius diuisionem procedimus. Et predicamentum quando est secunde impositionis nomen: tribus modis accipi solet apud logicorum doctores. primo. n. totam vim coordinationis generum et specierum predicamentum dicere solent: et vocabulo greco occasionem accipientes: nam opusculu logicu Aristotelis: quod nos predicamenta vocamus: Graeci categorias. i. coordinationes appellant: et in hac acceptione predicamentum est nomen collectivum sicut populus vel exercitus. Secundo: solum

Decem esse predicamenta

Alia plura.

Medicamentum triplia ter.

Secundo.

genus generalissimum vnius coordinationis predicamentum dici consuevit. Unde quod iosephus in capite de specie: ait decem esse generalissima: quidam decem predicamenta interpretatur. s. substantia: quantitas: qualitas: et reliqua septem. Tertio modo: et magis ad intentionem Aristotelis: predicamentum dici potest vnuquodque dicibile in coordinatioe reponendum: sine sit genus sine sit species in ea: na ipse dicitur predicamenta replicans: vt autor in litera refert: species coordinationum adducit dices. Est. n. substantia: vt homo: equus: Quantitas: vt bicubitum: tricubitum: et. Species ergo et genera que in coordinationibus ponuntur sub generalissimis: predicamenta vocat: qd et eis probat decem esse predicamenta. Et in hac tertia acceptione: predicamenta diuisio hec erit. Et predicamentum est predicabile alijs coordinabile: vnde patet qd sicut predicabile est passio vniuersalis: et primo capite secundi libelli huius: ita predicamentum tertio modo est passio predicabilis: quia super addit ei et tunc cognatione scilicet. coordinabilitate: et est educibile cum eo: omne enim predicabile est coordinabile: et eodem. Et Quibus itaqz in qlibet istarum trium acceptionum: vt vocabuli: verum sit decem esse predicamenta. in tertia tamen acceptione verius et certius probari potest hec veritas: qd in alijs duabus prioribus. habet. n. hec lectio: Decem sunt predicamenta: talis sensum apud logicos: quem habet illa: Octo sunt partes orationis: apud grammatice: qd si cut iustian? omnem dictionem latinam parte orationis vocas: no intendit octo tantum esse dictiones in lingua latina: sed octo esse modos significandi principales omnium partium: et omnium dictionum latinarum: ita Aristoteles decem ponens predicamenta dicibilium scientialium: intendit decem esse modos significandi principales omnium dicibilium scientialium. hoc tamen in tertia dicitur vt vtriusqz parte: qd grammatice partes orationis distinguens: per modos significandi accidentales principales dictionum procedit. logicus vero in distinctione predicamentorum procedit per modos significandi essentialis formales dicibilium. hinc ergo euenit: vt quibus vterqz artifex fermocionalis eadem vocabulorum syluam consideret: tamen vbi ille octonariam fecit modorum partitionem dices: nomen: pronomen: verbum: participium. et. iste decadem implevit dicens: substantia: quantitas: qualitas. et. Nam mirum ergo si diuersis rationibus vocabula considerantes: no equam multitudinem modorum ipsorum faciant: sed iste octo: ille decem. Immo vbi grammatice distinctas facit partes orationis: vt curro et cursus: nomen et verbum: logicus vnu solum predicamentum actionis notat. Et eodem: vbi logicus predicamenta distinguit: vt Augustinus: magnus orator: substantia: quantitas: et qualitas: grammatice eandem notat orationis partem. s. nomen. et. Ad sensum ergo datum Aristoteles decem ponens predicamenta. i. decem modos principales dicibilium coordinandorum: hanc veritatem supponenda esse vult: tum ex omnium veterum philosophorum auctoritate: tum etiam ex plena inductione per omnium scientiarum vocabula: cum communi viu vulgare loquentium. Sic. n. est modus pbandi principia obscura scientiarum: qd dicitur suppositioes: vt patet ex secundo libro priorum. Habemus

ergo ex isto capitulo: vnum aliud principium complem supponendum in arte predicamentali. s. decem esse predicamenta: pter. n. ea principia incompleta qd fuerunt posita in primo capite: et in prima parte secundi capituli: hoc est quibus prima antepredicamenta: et pter duo completa principia posita in secunda parte capituli precedentis: quorum primum dicebatur dignitas: secundum suppositio logica. Additur nunc tertium principium completum: quod est etiam dicendum suppositio logica: quibus enim Adaronus et quidam alij post eum dicant hanc propositionem: decem sunt predicamenta esse conclusionem ab Aristotele tamen non probatam: sed ab omnibus peripateticis creditam et sola eius auctoritate: tamen in hoc pfecto decipiuntur: Na Aristoteles logicus valde artificialis: huius probationem expressit: tamen. s. qualis dari potest principio supponendo: hoc est per inductionem: dicens. Est enim substantia: vt homo: et quantitas: vt bicubitum tricubitum: et. ac si dicitur. peruis omnibus artibus et scientijs autor: simul et inspecto communi vii vulgariter loquentium: non inueniuntur plures modi significandi essentialis formales dicibilium: qd isti decem. Eodem modo et non alio probaret grammatice: octo esse partes orationis latine. s. p inductionem in omnibus qui latine locuti sunt atqz latine scripserunt. Et Veritatem qd autor in fine huius capituli ponit scriptulum circa veritatem huius principij dicens. qd neotericis. i. modernis logicis: dicunt plura esse predicamenta qd decem: et hoc non solum qd apponit vndecimum predicamentum secundarum intentionum: sed etiam in ipsis primis intentionibus dicunt plurima reperiri predicamenta: et non tantum decem: ideo opus est videre in quo sensu ppositio Aristotelis sit vera et indubitata suppositio atqz principium certum huius doctrine. Aduertendum ergo qd (vt dicitur) predicamenta sunt coordinationes dicibilium scientialium: quare iuxta diuersitatem scientiarum: accipienda est distinctio terminorum scientialium. Scientiarum autem prima diuisio est: qd carum quedam sunt scientie reales: alie fermocionales. i. alie sunt de rebus: et alie de fermionibus: ergo et dicibilium scientialium: qdam sunt nomina pme impositionis ad scientias reales pertinentia: vt deus: angelus: celum: homo. et. Alia sunt nomina secunde impositionis: et scientijs fermocionalibus propria: vt nomen: verbum: oratio: ppod: predicabile: predicamentum. et. Tunc sit prima ppod: q enumeratio predicamentorum qua Aristoteles posuit: non est iusto intelligenda in omnibus dicibilibus omnium scientiarum positio: sed in solis terminis pme impositionis scientiarum prima de realem. ipse enim scientias fermocionales infinitas secundis omnium reputas: et quasi ancillas aliarum: potius motio dos sciedci qd scientias dici vult: quare no dignatus eum. est eam terminos coordinare: vel eoz coordinationes explicare: quibus pfecto inter eos manifesta sit coordinatio generum et specierum in hac nostra logica. Dictum est enim in primo huius libello qd orationis species sunt quatuor indicatua: imperatua: optatua: subiectua. Indicatu iterum (que est ppositio) due sunt species: categorica: et hypothetica: et quelibet istarum est genus ad plures species ibidem declaratas. In secundo etiam libello vniuersale ac predicabile positum est genus habens sub se quibus species: que sunt. Se-



dicibilium primi predicamenti. substā... 1. Ad hoc significat dicendi substantiarum.

De ordine predicamentorum.

Substantie logice diffinitiones duplices.

Diffinitio substantie.

invento secundarum intentionum; earumque diffinitiones proprie ex diffinitione sui generis facile possent haberi apponendo differentias. Si enim substantia est dicibile absolute...

Tres diffinitiones.

Substantia

Substantia

Substantia

ponit ad hoc qd sit vera: et ita de aliis. Et adhuc sub... 3. Sicut diffinitionis.

Ad hoc significat dicendi substantiarum.

De ordine predicamentorum.

Substantie logice diffinitiones duplices.

Diffinitio substantie.

men dicuntur de eo ratione essentiali. Hanc diffinitionem... De comparatione substantiarum: quod ait de primis substantiis...

De comparatione substantiarum.

Alius sensus comparationis.



telis. Denum vero recentior... Modus signifi- candi... Indit in diuap... Due co- clusio- nes Ari- stotelis... Nota

predicamentorum respiciunt primas substantias: vt precipua eorum fundamenta: et predicantur de eis vel vniuerse essentialiter: vel denominatiue accidentaliter. Secunda conclusio Aristotelis est: qd destructis primis substantijs: impossibile est aliquid aliorum re- da- manere: et accipitur in hoc loco destrui et remanere logice: vt supra in secundo libello in capite de accidē te: vbi dictum est: quid sit in terminis et logice gene- ratio: et corruptio: atq; permanentia. Est ergo sen- sus huius conclusionis: qd omnibus primis substan- tijs a suppositione cadentibus: impossibile est in sen- su composito: aliquid aliud dicibile prime impositio- nis remanere supponēs. Ratio huius est: ex precedē ti conclusione: quia omnia alia a primis substantijs ne- cessario predicantur de eis vel essentialiter vel accidē caliter: sed in omni propositione categorica affirmati- ua vera subiectum et predicatum p eodē supponūt: ergo subiecto (quod est prima substantia) cadente a- sua suppositione: cadet et predicatum quodcumq; sit illud: siue sit essentialiter de predicamento substantie: siue accidentale et alijs nonē predicamentis. Dicitur et etiā qd prima substantia substat maxime principaliter: ex eo qd omnis propositio de subiecto cognotatio ad hoc qd sit vera: presupponit aliam de subiecto absolu- to: et omnis propositio de subiecto absoluto commu- ni: presupponit aliam de absoluto singulari. Si ergo hec tertia est falsa: ex eo qd eius subiectum non suppo- nit: etiā alic dicitur esse: vt hec: magister legit: pre- supponit hanc: homo legit: et ista presupponit illam: Petrus vel Joānes: et alijs aliorum legit: non. n. est dabilis homo legēs preter omnes homines singula- res: quia nature cōmunes vel nulle sunt: vel nō sunt extra singularia separte. Hāc etiā rationē ipse Aristo- teles insinuat dicens: primo de predicatis essentia- lib: si animal predicatur de homine: ergo et de aliquo homine predicabitur: idest de Petro vel de Joāne: vel de aliquo aliorum: nam si de nullo dicitur: scilicet singulari predicaret: neq; omnino de homine in vni- uersali predicari posset. Sentit ergo Aristoteles: qd nullo homine existēte: hec esset falsa: homo est animi- dum. nisi per ampliationē subiecti fieret vera: velut alij di- cunt: per suppositionem naturāle. Secūdo dicit de predicatis accidentalibus. si enim color est in corpore (que est secunda substantia) per denominationē pdi- cationem: ita qd hec sit vera: corpus est coloratū: ergo erit in aliquo corpore. s. hoc vel illo: que est pma sub- stantia. Nam si in nullo corpore esset color: modo p- dicto: neq; omnino esse posset in corpore in cōmuni. Cōfirmatur eadē ratio alio dicto Aristotelis in secū- do libro suoz topicoz dicitis: quibilibet est in genere qu- sit in aliqua eius specie: qd si in nulla ei? specie fuerit: neq; omnino in genere illo erit. Eodem modo uibil est in specie quin sit in aliquo eius individuo. et si in nullo ei? individuo fuerit: neq; omnino in specie erit: ver a est ergo secunda conclusio de primis substantijs: qd eis destructis impossibile est aliquid aliorum remane- re. Omnia ergo predicamenta fundantur in primis substantijs: et ita per suos modos predicādi de primis substantijs sunt cognoscēda et distinguēda ab inui- cem. Modus itaq; predicādi pmi predicamenti de primis substantijs est: predicari de eis essentialiter in quid vel in quale.

Secunda pars de coordinatione substantiarum.

Quamvis Aristoteles primi predi- ferit: quia forte suo tempore erat vulga- tissima ex doctrina Platonis: nos ta- men ad eruditionem nouiciorum ean- dem categoriam describemus: et pmo in secundis substantijs: deinde in diffe- rentijs. Genus igitur generalissimum absolutorum est hoc nomē substantia: quando est prime impositionis nomē: et diffinitur sic. Substantia est res per se existens: idest non inherēs alicui sub- iecto vt accidens. Sub hoc genere po- nantur duo genera subalterna: corpus et spiritus: et si celū poneretur imma- teriale: eius nomen esset tertiu gen. Spi- ritus est substantia incorporea. i. imma- terialis et extēsa. Corpus est substantia materialis et extēsa. Celum est substan- tia immaterialis: sed extēsa. Spiritus due sunt species: deus et angelus. De- est species specialissima secundum ve- ram fidem: et secundū rectā rationem. Angelorum nouem ponunt ordines: que sunt huius generis species. Sera- phim: cherubim: throni: dominatio- nes: virtutes: potestates: principa- tus. archangeli: angeli. Celorum spe- cies tot sunt quot et sphere celestes. Lu- na: Mercurius: Venus: Sol: Mars: Jupiter: Saturnus: firmamētum: pri- mum mobile: et impireum immobile. Corpus tertium gen? habet duas spe- cies subalternas: viuens et nō viuens. Viuens est corpus animatū. i. cuius for- ma substantialis est anima: non viuens autem est corpus inanimatū. i. cui? for- ma est inferio: anima. Viuentū duo sunt genera: animal: et planta. Animal est vi- uens anima sensitua. planta vero ani- ma vegetatiua. Animalis iterū due sunt species: homo et brutum. Homo est animal rationale. idest preditum a- anima rationali. Brutum est animal irrationale: idest cuius forma est ani- ma inferior: anima rationali. Homo tan-

dem est species at homo seu specialissi- ma: que sub se nō habet iam alias spe- cies. sed sola individua. i. particularia nomina singulorū hominū: vt Socra- tes: Plato: Petrus: et Joānes. Bruto- rū tria sunt genera: hec: terrenū: aqua- ticum et aereū: q nōia a locis in quibus degunt sunt accepta: et per ea diffiniri habent. Terrestrium adhuc brutorū: que et bestie dicūtur: quedam sunt gref- sibilis: et in varias species diuisa: vt leo: bos: elephas: ceruus: canis: equus: ouis. et. Alia sunt reptilia: vt coluber: vipera: iacerta: serpens. et. Aquatico- rum siue pisciū species sunt: vt delphi- nus: cetū: canis. et. Merum brutum: quod et volatile siue auis: plurimas ha- bet species: vt aquila: miluus. vultur: passer: colūba: coruus. et. Hec de spe- ciebus animalū. Planta alterū genus viuentiū diuidi potest in arbore et her- bam. Arborum species plurime sunt: prunus: pirus: oliua: palma. et. Herba- rum similiter species sunt: vt cypus: si- naps: lactuca: fenicū: anctū. et cetera. Hec de viuētib. Corporis inanimati seu nō viuētis: hec duo sūt genera: sim- plex: et mixtum: que nomina a variore- rum naturalium formis sunt accepta. Simplex corpus duas habet species: si- celum poneretur habere materiā: has scilicet: celū: et elementū. Celorū species dicte sunt. Elementa quatuor sunt: ter- ra: aqua: aer: et ignis: q sunt species di- uerse. Mixtoz quoq; duo sunt genera immediata: mixtū imperfectū: et mixtū perfectum. Imperfectū mixtū dicitur: quod non diu permanet: sed cito dissol- uitur in elementa: et due sunt eius spe- cies subalterne: vapor: et exhalatio. Va- poris varij sunt modi: ros: pruina: nu- bes: pluuia: nix: grando. et. Exhalatio- nis similiter modi sunt tres: vētus: inflā- matio: et coloratio. Vētorū species sunt: subsolanus: vulturinus: aquilo: auster: et alie plures. Inflammationes in aere varie sunt: vt comete: stelle: ticiones: ca- pre: drachones. et. Coloratiōes dicun- tur

Sub- stantia.

Spiri- tus.

Celum.

Corp.

Viuens.

Anim- mal.

Homo.

Bruti.

Bestia

Difficis

Auis

Planta

Arbos

Herba

Inani- matū

Sim- plex

corp- us

Elem- tum.

Imp- fectio.

Vapor.

Vētus

Inflā- matio.



Galaxia: birtis: halo: parcelius: virge: hiatus: et voragine. Sed tonitrus: fulgur: et coruscatio ex permixtione vaporum et exhalationum fieri dicuntur. Perfectum vero mixtum est: quod diu permanet: nec cito dissolvitur: eiusque iste quatuor sunt species. lapis: metallum: mineralis: et liquor. Lapidum species sunt: vt marmor: iaspis: adamas: magnes. et c. Metallorum genera septem poni solent: vt aurum: argentum: ferrum: stannum: cuprum: auricalcum: et argentum viuum. Mineralia mixta dicunt: sal: alumen: sulphur: minium: cerusia. et ca. Liqueores sunt: vt vinum: oleum: acetum: mel: lac: sanguis: flegma: colera: melancolia: et alia huiusmodi corpora liquida. Actenus de coordinatione absolutorum. que dicuntur secunde substantie.

In categoria differentiarum supremum genus est hoc nomen corporeum: quod idem est quod materiale. Eius due spes subalterne sunt: animatum: et inanimatum. Animati tres sunt species. vegetatiuum: sensituum: et rationale: que cognoscunt tres animarum species: due prime sunt species subalterne: sicut planta et animal: tertia est specialissima: sicut homo. Vegetatiuum diuiditur in tot species sicut planta: sed non sunt eis nomina imposita. Similiter et sensituum diuiditur in species sicut brutum. s. per gressibile: natatilis: et volatile: et quelibet istarum est subalterna: earumque species infime ex coordinatione absolutorum possunt inueniri. Inanimatum quoque duas habet species: simplex et mixtum. et cetera vt in absolutis dictum est. Patet ergo due coordinationes sub predicamento substantie intellecte: quamuis in arboris Porphyriana ex eis duabus facta sit vna mixta: que genera simul diuidit per spes et per differentias.

Lapis.
Metallum.
Mineralis.
Liquor.
Corporeum.
Animatum.
Vegetatiuum.
Sensituum.
Inanimatum.

tiarum et differentiarum a Platone descriptam (quam et Porphyrius refert) tollere ad a esse nec repetenda: sed ea supposita statim. pectus ad proprietates huiusmodi predicamenti: declaratis tamen suis quibusdam vocabulis secundum de impositionis: quibus tota beatus coordinauit ista et alias categorias comprehenditur: hoc est primum et secundum dissubstantis: que sunt nomina nominum huius predicamenti. Eodem modo et habuit antiquor: autor summularum: sed recentior Petrus Hispanus ista coordinationem opposuit de se ipse et doctrina Aristotelis in sua physica et metaphysica: fecitque eorum coordinationem vna nomina absolutorum: et aliam differentiarum. Et diffinitio generalissimi generis. s. substantie: ex septimo libro metaphysice accepta est. Diffinitio eius in duas species: que sunt corpus et spiritus: notissima est in. 12. libro metaphysice: vbi prater corporales substantias: perbat Aristoteles esse alias substantias separatas et incorporeas. Non dubium autem de tertia specie que est celum: an sit substantia simplex: an composita ex materia et forma: de qua questione sic solent disputatio apud philosophos super primo libro de celo et mundo. Et si quidem esse in coelesti immateriale (vt opinatur est commentator Averrois) hec spes celum est penultima media inter corpus et spiritum: ducunt. n. cum corpore in hoc: quod celum est res creata habens partem extra partem: conuenit cum spiritu in eo quod est substantia simplex. Si autem ponatur celum substantia materialis: vt dicitur Thomas et plerique alij opinantur: quibus non omnes eodem modo: tunc erit celum species corporis inanimati simplicitate: vt ibidem autor notant. Sub hoc genere subalterno spiritus ponitur hoc nomen deus. et quibus hoc dicat prater multos opinione: tunc non absque iustificatione. Differt. n. facere predicamenta rerum et vocabulorum in predicamento rerum vniuersi deus ipse immensus et incomprehensibilis non est annumerandus: quia est supra ordinem omnium creaturarum: et hoc modo exponendi sunt antiqui doctores ecclesie qui dicunt deum non connumerari creaturis: quod est non ponitur in predicamento creaturarum: et ad hunc etiam sensum beatus per dicitur: deus creaturam non est: sed faciendo predicamenta vocabulorum: profecto hoc nomen deus debet poni in predicamento: non enim est minus possibile in alio principio apud logicos: quam in aliqua prepositione: vt in aliqua declinatione apud grammaticeos: quod dicitur quod est nomen secunde declinationis. Hec duo nomina: deus et angelus: quibus sint nomina cognoscuntur: tunc ob defectum vocabulorum vtuntur eis per absolutis. Deus. n. latine sicut et theos grece: prouisor seu gubernator sonat. apud tamen debet deus dici habere nomen absolutum: tetragrammaton. i. quatuor litterarum. scilicet: ioh: ba: van: he: s. Iehouab. quod ipsi adonai prouisor. De quo modo quo ponitur in predicamento: potest etiam diffinitio. Est. n. deus spiritus simplex in finitum perfectio essentiali. Hic autem non potest esse nisi vnus. vt Aristoteles colligit ratione naturali: in. 12. metaphysice dicens: non est bona pluralitas principantium. vnus ergo princeps: et in simbolo fidei primum articulus est: credo in vnum deum: ideo hoc nomen deus est spes specialissima: que non habet nisi vnum individuum: sicut hoc nomen mundus: et in ultimo capite secundi libelli huius dicebatur in diuiduum ex suppositione: Angelus grece: est mens: latine sed absolute acceptum hoc nomen: diffinitio sic. Angelus est spiritus simplex a corpore separatus: et doctores theologiae ponunt ipsam specie subalterna ad nomen spes. vnde

Diffinitio.
nisi
substantie.
Quod sit de celo.
An ponatur deus in predicamento.

Ordi nes angelorum: sacro testante eloquio. et. Has spes numero plurali expressit autor: propter duas primas que sunt nomina hebraica. Corporeus spes primo potuit poni simplex et mixtus: sed in arboris Porphyriana posite sunt: corpus animatum et inanimatum: hinc modum secutus est autor propter antiquorum autoritate. Celorum ponit decem species ex opinione Aristoteles: qui primum posuit nonam spheram supra celos sydereos stellarum errantium et fixarum: theologi addunt decem spheram immobilem: que sunt etiam iuniores astrologi decem putent esse spheras mobiles. Probabile est enim vnum quodlibet celum specie differere ab alijs: quod ostendunt diuerse virtutes solis: lunare: aliarum stellarum. Corporeis animati species et libris de anima Aristotelis acceptis sunt. Animalis species et libris eiusdem de animalibus. Platoni varia genera: et libris de vegetabilibus et plantis. Elementorum quatuor species potest esse secundo libro de generatione et corruptione. Aristoteles imperfecta genera et species et libris metaphysice. Denique lapidum: metallorum: et aliorum species: tunc ex libro quarto metaphysice: tunc etiam ex libro de mineralibus Aristotelis colligi possunt. Proce dit vero coordinatio absolutorum a generalissimo vsque ad specialissimum: in quibus (vt ait Porphyrius) iubet Platone sustinere sapientes. Hinc factum est: quod omnes scientie: propositiones siue sunt principia scientiarum: siue conclusiones: ex solis generibus et speciebus consistunt: immo in doctrinis rarissime desceditur ad species specialissimas. Propositiones autem singulares ex terminis in diuisibus formati: iam non sunt scientie: sed vulgares locutiones contingentes et falsificabiles. Cetero coordinatio differentiarum est in solo imprimis sciendum: quod Aristoteles in solo predicamento sub vnopositione nominat differentias diuisas generum absolutorum: et constitutas. i. diffinitiuas specierum: et reuera ita est sunt dif in solo isto predicamento sunt possibile differentie scientie: que propter dicitur differentie: vt in secundo huius libello capite quarto dictum est. Et perari potest ex modo significandi illius predicabilis. s. quia est terminus: eo quod intrinsece. i. denotans partem essentialem sentinsecam illius rei pro qua supponitur: quod et Porphyrius significauit in quadam diffinitione differentie dicens: que differentia est quod conuenit adesse: et ipsi esse rei pars est: ergo genera et species noue predicamentorum aliorum a substantia: que omnia sunt dicibilia extrinsece cognoscuntur: non possunt habere veras differentias. Et item quia forme ille: quas significant quedam abstracta illo predicamento: sunt res simplices non compositae ex partibus diuersarum rationum: vt colores: sapores: odores: et qualitates tangibiles: ergo illa genera abstracta non habent differentias quibus diuidantur: et quibus sine specie diffinitur. Hac eadem ratione etiam perari potest quod non omnia genera vel species predicamenti substantie habeant veras differentias diuisas: et diffinitiuas. Nam corum quedam significant res simplices. i. non compositas ex partibus essentialibus: vt hoc genus spiritus et species eius: idem diceret commentator de hoc genere celum: et de speciebus eius. Ad est ergo vniuersalis iter verum: quod omne genus diuidi habeat per differentias: et diffinitiuas: quod omnes species possit diffiniri ex genere ac differentia. Et in generibus que possunt habere differentias diuisas

suas: non est vniuersaliter verum: quod omne tale genus diuidi habeat duabus differentijs. Dicitur enim. n. da: i. gen? quod vna sola differentia diuidi potest. Datur etiam quedam genera: que tribus: quatuor: aut pluribus differentijs possunt simul diuidi. Primum patet in hoc genere substantia: cuius vna differentia est corporca: nam incorporea non est differentia: nec ponitur loco differentie: quia dictum est quod spiritus nec diuiditur: nec diffiniri potest vera differentia. Secundum etiam apparet in hoc genere brutum: vel animalis: vel piscis: et in multis alijs. Ergo apud bonos logicos mandata est illa regula: Omnis bona diuisio debet esse binomia: vel reducibilis ad binomium. Concedimus tamen non enim quod omne genus in quocumque predicamento est diuisibile speciebus: et quod nullum est genus quod vna sola spe diuidi: o cie diuidat: multa etiam genera pluribus quibus duabus est bi speciebus immediate diuidi possunt: vt color: sapor: mēbris odor. et c. Et supradictis apparet quod differentiarum coordinatione incipitur ab illo genere corporeum: et cognoscatur partem rei essentialem que est materia: nam corporeum idem est quod materiale: vt in diffinitione corporeis dicit autor terrens absolutorum coordinatione: Quare non est vniuersaliter verum: quod omnis differentia accipitur a forma: quin potius prima omnium differentiarum: accipitur a materia: nam corporalia differunt a spiritualibus per materiam differentia principaliter. Dicitur enim in decimo metaphysice: quod corruptibile et incorruptibile differunt genere. s. physico quod forma est materia. Et sicut materia est fundamentum omnium formarum naturalium: ita etiam differentia cognoscuntur materiam: est caput et principium omnium aliarum differentiarum que formas cognoscunt intrinsece. Sunt tamen quidam phantastici: qui dicant quod illa superiora differentia cognoscuntur: formam quandam materie congenitam et inseparabilem: quam vocant formam corporeitatis. Sunt et alij qui incorporeum dicant esse veram differentiam: id est que cognoscitur partem essentialem rei spiritualis. Pponunt enim realem compositionem in angelis et materia quadam spirituali et forma: quam vocant compositionem ex actu et potentia: et ita putant quod ly incorporea cognoscatur illam formam: vel potentiam illam materiam. Sed Extra iste sunt extraneae opinionones: quas Aristoteles in pri nec opinio topicorum positiones vocat: deus enim est spes niones sub hoc genere spiritus: in quo vlla ponere compositionem reputat sacrilegum. Diuiditur corporeum in duas species: animatum et inanimatum: et ille cognoscuntur formas naturales rerum in materia: licet. n. inanimatum non sit differentia (cu sit nomen prauatiuum) tamen ponitur loco vnus differentie in nomine que cognoscatur et formam naturalem que non est anima: sed inferior ea. Tres species animati: vegetatiuum: sensituum: et rationale: manifeste cognoscuntur tres species animatum in rebus naturalibus: et due quidem prime differentie sunt subalterne: tertiam vero autor ponit specialissimam quibus Porphyrio refragat: qui Platonicorum doctrinam secutus: rationale iterum diuisit in duas species: mortale. s. et immortale: sed reprobatum est super libro secundo huius: in capite tertio: in declaratione arboris Porphyriane: que (vt autor in fine huius littere dicit) miras facit generum diuisiones. s. per differentias simul et spes: sed melius fuit vt sine confusionem iste dux

Non omnis spes diffinitiuas.



Coordinationes scilicet et sigillatim ponentur. De
dinatio nō p̄ differētiā categoria: rememorāda est distin
differē ctio posita in secundo libello hui⁹ capite quarto: q̄
tiam idem predicabile potest esse genus vel species respe
ctu quorundā subiectibilium: et respectu aliorum potest
esse differētia: proprie vel accidēs. Unde et in defini
tione differētie quādo est tertium predicabile: nō poni
tur particula de differētib⁹ numero vel specie: sed
quando accipit̄ ut genus vel spēs refert multū an p̄
dicatur de differētib⁹ specie vel numero: et sub hac
rōne notata est distinctio: q̄ differētia est triplex: ge
neralissima: subalterna: et specialissima. In sua coordi
natione: que in hoc loco declarata est.

Tertia pars de proprietatibus pre
dicamenti substantie.

1 Invisis: dicendum est de commu
nitatibus et de proprietatibus sub
stantie. Prima est. Comune est omni
substantie in subiecto non esse: quia esse
in subiecto solū convenit accidētī: hoc
expresse probant secunde diffinitiones
prime et secunde substantie. Prima nam
que substantia neq; in subiecto est: neq;
de subiecto dicitur. secunda etiam quāvis
de subiecto dicitur: tamen non est in
subiecto: sed poti⁹ de ea predicatur no
mine et ratione: quod nō convenit ijs q̄
in subiecto sunt. Nec autē non est proprie
tas substantie: quia non soli substantie
convenit. sed etiā differētie: que de sub
iecto predicatur univoce essentialiter.

2 Nec valet instantia de partibus substā
stantie: que etiam sunt substantie: et ta
men quia sunt in toto: videntur esse in
subiecto. Hoc inquam nō obstat: quia
partes sunt in suo toto ut ipsum consti
tuētēs: nō autē ut ei inherentes. Sec
cunda communitas. substantie nihil est
contrarium: et hoc etiam non soli sub
stantie convenit: sed et differētijs: et qui
busdam alijs predicamētis.

3 Tertia est. Substantia non suscipit magis et mi
nus. ut Petrus non est magis aut mi
nus homo vel animal q̄ Paul⁹: neq;
est magis vel minus homo uno tēpo
re q̄ alio: et hoc etiam convenit differen
tijs: et nonnullis alijs predicamentis.
Nec valet instantia ex his que in p̄ma
parte dicta sunt: q̄ vna substantia est ma
gis substantia q̄ alia: ut species q̄ gen⁹.

Instantia.

Quia illic erat sermo de dicibilibus
huius predicamenti pro se ipsis et ma
terialiter acceptis: hic autem de eisdem
pro rebus acceptis: et personaliter.
Quarta est. Omnibus secundis sub
stantijs et differētijs earum convenit
univoce predicari de primis substantijs: nec
enim oīa p̄piciantur de primis substantijs
nomine et ratione. Quinta. Omnis
prima substantia significat hoc aliquid:
secunda vero potius significat quale
quid: et hoc sub appellationis figura:
hoc aliquid est individū et vnum nu
merū: ut Petrus: sed quale quid ē sub
stantiale cōdē: ut homo. Appellationis
figura et icō: quādo est nomē appella
tive qualitatis. Sexta proprietas.
Maxime propriū est substantie: cum sit
vna et eadē numero: esse susceptibilem
contrariorū. secundā sui imitationē. ut
Petrus aliquādo est calidus: aliquan
do frigidus: aliquando est pravus: et
aliquādo studiosus. Nec valet instantia
de oratione: que vna et eadē manēs po
test suscipere cōtraria: ut hec oratio: So
crates sedet: aliquādo est vera: et aliq̄n
do est falsa: que sunt predicata contraria.
Quia ipsa nō suscipit illa cōtraria secū
dum sui mutationē: sed propter muta
tionē rei ad extra. scilicet quia ille homo nūc
sedet: nunc surgit et ambulat: ab eo. n.
q̄ res est vel non est: oratio et opinio di
citur vera vel falsa. Nec ergo proprietas
soli substantie convenit.

Scholium sine glossa.

Hoc nomē substantia in hac tertia pte aliter est ac
cipiendum q̄ in secūda: in qua erat genus generalissi
mum prime coordinationis: et ideo erat nomē p̄me
impositionis physici aut metaphysici. Hic vero
est nomē secunde impositionis logicę: quia accipitur
pro dicibilibus prime coordinationis: nam sicut in
grammatica post diffinitionē nominis: aut verbi: vel
alterius partis orationis: agitur de eius accidenti
bus seu proprietatibus: ita autor iste in logica post dif
finitionem substantie et suarū speciērum: declarat ei⁹ ac
cidentia vel proprietates ex Aristotele acceptas: id est
predicata quedam que sunt istis subiectis predicabi
lia propria in secūdo vel in quarto modo proprii: et
hec significant conditiones terminorum huius p̄mi
predicamenti. Et enarrat ser substantiarum acciden
tia. Prima tria dicuntur communitates: alia vero tria

Solutio.

proprietates. Sensus est. Prima tria sunt predica
bilia propria huius generis cōis substantia: alia tria
appropiantur primis et secundis substantijs. Est igitur
primū accidēs. Comune est omni substantie in sub
iecto nō esse. hinc communi subiecto substantia: pro
omnibus dicibilibus huius predicamēti accepto: p̄di
cabile. p̄prium est: nō esse in subiecto: ita q̄ hec p̄p̄o:
nulla substantia est in subiecto: est predicatio quarti p̄di
cabilis: et eius subiectum stat significatiue et persona
liter. p̄p̄o? terminis predicamēti p̄mi: nō autē mate
riali. p̄cipio. Quid autē sit esse in subiecto: dictum est
in secūda diffinitione antepredicamētali. unde sensus
est: nullū dicibile huius predicamēti: predicat de ali
quo subiecto denominatiue accidentaliter. Probatio
huius dicti clara est ex diffinitionibus secundis
prime et secunde substantie: immo hec communitas
non differt in sententia ab illis diffinitionibus: quia
in vtrāq; earum ponitur hec particula: non est in sub
iecto: sunt enim cōis illi termini absoluti vel intrin
sece solum cognotantes: predicatio vero denominatiua so
lis convenit: accidentibus que extrinsecam habēt co
gnotacionem. Et hec predicatiū convenit hinc subie
cto substantia proprie accepto: scilicet pro solis termi
nis absolutis: in secundo modo proprii: quia conue
nit omni sed non soli: cum etiā conveniat differētie:
quia nulla differētia est in subiecto. si tamen hoc no
men substantia acciperetur communitate pro omnibus
terminis huius predicamēti: siue absolutis: siue intrin
sece cognotantibus: hoc predicatum esset ei proprium
quarto modo: quia convenit omni et soli: sed autor pri
mo modo et proprie accepit hoc nomen: quia aut. hec
autem non est proprietas substantie: quia etiam diffe
rentie convenit. et. Argumentū contra hanc com
munitatem de partibus substantie: sic debet formari.
Partes substantie siue essentielles: ut materia et for
ma: siue integrales. ut caput et manus: sunt substantie:
sed ille sunt in subiecto: quia sunt in suo toto: quod est
subiectum accidentiū: ergo aliquę substantie sunt in
subiecto: et ita nō est commune omni substantie in sub
iecto non esse. Ad hoc argumentum autor breuiter re
spondet negādo consequentiā. quia committitur fal
lacia accidētis: dicēdo partes ille sunt in toto: et totū
est subiectum: ergo sunt in subiecto: nō valet cōsequē
tia: quia variat appellatio illi⁹ cōpleti esse in. scilicet inte
graliter vel in se: patet in simili: quia nō valet hec cō
sequētia: ille hō est in domo: et dom⁹ est subiectū: er
go iste homo est in subiecto. Sed hec solutio ē vulga
ris: quia supponit q̄ hoc nomē accipiat̄ ut est p̄
me impositionis pro rebus: quod tamē est alienum
ab hoc p̄posito: ubi substantia est nomen secunde im
positionis: et sit sermo de vocabulis. Unde melior so
lutio fuisse concessis premissis et toto argumento in
tellecto de rebus: dicere q̄ nihil facit cōtra hanc com
munitatem: que solum loquitur de vocabulis rerū:
et non de rebus ad extra. Si tamē argumentū retor
queretur ad vocabula illa. materia: forma: manus: ca
put. et. maior esset negāda: quia illa nomina nō sunt
de predicamēto substantie. unde minore concessa: con
clusio erit falsa et neganda: quāvis etiā consequētia nō
sit bona propter equiuocationem de esse in. nam il
la nomina dicuntur de subiecto denominatiue: Pet
rus enim est corpus: caputatus: animatus. et. vel

in obliquo. Petrus est compositus ex materia et for
ma: habens caput et manus. et. Ad hoc tamē melior Tertia
solutio esset: accipiēdo hoc nomen substantia cōis et
transcēdenter et distinguendo vtrāq; premissarū. nā
maior est vera: de substantia p̄ rebus: et falsa de substā
tia p̄ vocabulis: minor vero cōtra est vera de voca
bulis: et falsa pro rebus. Si ergo ambe p̄misse accipi
antur in sensu vero: cōsequētia non valet. p̄pter equi
uocationem mediij. sed si termini accipiantur univo
ce in vtrāq; premissarum: cōsequētia erit bona: sed alte
ra eaz; erit falsa. unde fiet ut conclusio sit falsa: que est
contradictoria huius communitatis. Secunda pro
prietatem et alias res sequētes Petrus recēditōr cō
mutavit: et in alium ordinē variavit ab eo quē tenue
rat prior autor summularū: quia voluit iste prius po
nere omnes substantie communitates: et postea p̄ma
rum et secundarū substantiarum proprietates: quāvis
hoc vel illo ordine hec accidentia declarare non mul
tū referat: dūmodo earū vnaqueq; bene exponatur.
Secunda ergo cōitas est. Substantie nihil est con
trarium. cōtrarietate logica terminorū incompleto
rum: de qua postea in postpredicamentis: ut sit sensus in voca
bulis. Nullū dicibile hui⁹ predicamenti habet aliud dicibile
sibi cōtrariū. Et ratio est: quia semp̄ termini cōtrarij
sunt cognotātes extrinsece. ut albi⁹ et nigri⁹: calidū
et frigidū. et. et hoc predicatiū convenit substantie in
secūdo modo proprii: quia etiam cōuenit differētie: quā
titatē: quibusdam alijs predicamētis. Sciāt tamē
noticij: immo et p̄uetti logicorū: q̄ hec p̄positio: sub
stantie nihil est cōtrarium: inuenitur etiā apud Ari
stotelem in sua physica in metaphysica: sed ad aliū
lōge sēsum: quia sermōes sunt intelligēdi secūdu subie
ctamateria. Quia ergo in sciētis realib⁹ substantia
ē nomē p̄me impositionis: et res eternas significat.
ideo etiā illic p̄rietas est nomē p̄me impositionis de
notās repugnantiā formarū naturalium: q̄ se ad inui
cē destruere nitunt̄: ut calor frigiditātē: et cōtra: que
isti duo termini: calor et frigus: in physio sophia sunt
cōtrarij: non in logica: quia sunt abstracti: et de nullo
subiecto accidentaliter predicabiles. Qui ergo ex hoc
loco predicamentorum Aristotelis vellet p̄bare: q̄
forme elementorū non sunt cōtrarie secundum eius
intentionē: deciperetur per equiuocationem huius
nominis substantia: hic enim de vocabulis et logice sit
sermo: non de rebus naturalib⁹: immo loquendo de
rebus posset probari Aristotelem sensisse oppositū:
quia in primo libro suorum physicorum probat q̄ p̄
cipia generationis et corruptionis in rebus naturalib⁹
sunt contraria: et non quecūq; contraria: sed so
lum prima contraria. scilicet que sunt forme substantiales:
quarū altera abicit et altera inducit in generatione
rei naturalis. Quod ergo illic dicitur: substantie nihil
est contrariū: est intelligendū de materia q̄ substā
trāsmutatione: et nulla duarū formarum est ei cōtra
ria. sed de his alijs. Tertia communitas. Substantia
non suscipit magis et minus. Sensus est: non suscipit
hec duo aduerbia magis et minus: quando predicatur
de subiecto: ut Petrus nō est magis hō vel animal
q̄ aliquis aliorū hominum. hui⁹ ratio dicta est supra
libro secūdo: capite septimo: in cōparationib⁹ predi
cabilium: quia per hoc differt accidens ab alijs qua
tuor predicabilibus: q̄ ipsum predicatur secūdu magis
S iij

Argu
mentū.
Respo
sio p̄
ma.

Secun
da.

Cōtra
rietas
in reb⁹.

Falsa
opinio.

Handwritten marginal notes in a cursive script, including the word 'Solutio' and other illegible text.



et minus de suis subiectibus: illa vero non. Constat autem quod dicibilia predicamenti non possunt esse nisi genera: vel species: vel differentie: quia univoce essentialiter: non autem deo nomine accidentiter predicantur de his de quibus predicantur. Unde etiam grammatici in nominibus huius predicamenti non formant nomina comparativa aut superlativa que significant idem quod magis et minus. Hoc vero communiter non est propria quarto modo substantie: sed secundo modo: quia convenit etiam differentis: et quibusdam aliis predicamentis. Instantia quam autem recetior ponit contra hanc communiter: sic potest formari: supra in prima parte huius capituli dictum est: quod species sunt magis substantie quam genera huius predicamenti: ut homo est animal: ergo hoc nomen substantia predicantur cum istis adverbis magis et minus. Solutio autem in sententia est: quod hoc nomen substantia quando est secundum impositionis nominis: potest predicari secundum magis et minus de illis terminis: genus: species: et individuum. et ite de istis terminis: animal: homo: et Socrates: ut bene probat ratio: quia in comparatione ad illa subiecta est predicabile accidens: sed in hac acceptione: substantia non est dicibile huius predicamenti: sed pertinet ad predicamentum secundum intentionem: ut genus subalternum in eorum species dicte sunt prima et secunda substantia. Sed quando hoc nomen substantia est proprie impositionis nomen: et genus generalissimum huius categoriæ: non predicatur secundum magis et minus: quia tunc non est predicabile accidens ad illa de quibus predicatur: sed seipse est genus. Unde Petrus non est magis substantia quam lapis aut lignum. Eodem modo nulli dicibile huius predicamenti predicatur secundum adverbium magis et minus: Sed potest adhuc fieri replica contra hanc solutionem: quia dictum est: quod hoc communiter est predicabile proprium secundo modo respectu huius nominis substantia: que est genus commune ad primam et secundam substantiam: ergo in hac proprie substantia non suscipit magis et minus: subiectum illud substantia est nomen secunde impositionis: ergo solutio non valet. Ad hoc facile respondetur: quod huius proprie substantie est nomen secunde impositionis: sed stat personaliter per terminis proprie impositionis huius predicamenti: non autem materialiter per seipso. Unde sensus est: quod terminus ille que significamus hoc nomine substantia: non suscipit magis et minus: cum hoc tamē stat: quod hoc nomen substantia quando est secunde impositionis predicatur secundum magis et minus: et est simile in grammatica de ista locutione. Verbum non declinatur per casus: quia est vera subiecto accepto personaliter et si significatur: non autem si acciperetur per seipso: quia hoc vocabulum verbum est nomen: et declinatur per casus: Ita in proposito de ista proprie substantia non suscipit magis et minus: quia est vera subiecto personaliter accepto: non autem materialiter. Hoc etiam denotat solutio autem in littera dicentis: quod illic in prima parte huius capituli quando dicebatur quod species est magis substantia quam genus: erat sermo de dicibilibus huius predicamenti materialiter acceptis. id est hoc dicibile homo: est magis substantia quam hoc dicibile animal: ita de alijs. Sed hic in tertia communitate sic sermo de eisdem dicibilibus personaliter acceptis. id est quod iste non sunt vere proprie substantie: homo est magis animal quam equus?

vel quod canis non est minus animal quam leo. etc. Post tres dictas communitates ponitur iam tres proprietates substantiarum. Prima. Que est quarta in ordine: omnibus secundis substantiis et differentiis: convenit univoce predicari de primis substantiis: et accipit univoce per essentialiter: ut in secunda diffinitione antepredicamentali. predicari uno nomine et una ratione substantie. Quod vero secunde substantie et differentie de primis univoce predicatur ad sensum datum: patet clare: quia genera et differentie de speciebus predicantur univoce: et iterum species de primis substantiis predicantur univoce per diffinitiones generis: species et differentie in secundo libro huius positas: ergo eadem genera: species et differentie de primis substantiis univoce predicantur per regulam primam antepredicamentalem: quando alterum de altero. etc. Subiectum huius proprietatis est ly secunda substantia: et convenit ei in secundo modo proprie: quia omni sed non soli convenit. id est differentie. Quinta proprie est de prima substantia: et convenit ei in quarto modo: quoniam prima substantia significat hoc aliquid. id est rem unam distincte et absolute. Pro huius declaratione Aristoteles dicit: quod omnis substantia videtur hoc aliquid significare: quia unum et idem numero est id quod verum substantia significat. cum secunda substantia vere predicatur de prima: ut Petrus est homo. oportet. nam proprie affirmativa vera: quod subiectum et predicatum pro eadem recipiunt. Et quia verum substantia est nomen absolute. videtur ergo significare eadem et eodem modo. et cum prima substantia significet hoc aliquid: secunda tamen substantia potius significat quale quid. et hoc sub appellatione figura. id est quia hoc nomen appellatur qualitate seu figura. Sed quia hec vocabula obscura sunt: pro eorum declaratione sciendum: quod hoc vocabulum quid vel aliquid in logica predicacione essentialiter significat: et potest duobus modis accipi. scilicet communiter et proprie. Ceterum omne genus de sua specie: et omnis species de suo individuo predicatur in quid: et hoc in omnibus predicamentis: ut patet ex diffinitionibus generis et species: positus in secundo libro huius. proprie autem in solo predicamento absolute: est quod: et alia sequentia non quod sed quantum: quale. etc. In hoc ergo loco quod accipitur secundo modo et proprie. unde significare quid in hoc loco est signum absolute: et ita omnis substantia significat quid vel aliquid. Item significare absolute aliquam rem contingit duobus modis. scilicet distincte et singulariter: vel confuse et communiter. Primum vocat Aristoteles hoc aliquid. secundum quale quid: et quia prima substantia et tertia eius diffinitione est nomen absolute singulare: si significat hoc aliquid. secunda vero substantia: quia est nomen absolute commune: non significat hoc aliquid: sed potius quale quid. non ergo penitus eodem modo utique substantie eandem rem significant. Et quia apud grammaticos nomen commune dicitur appellativum nomen: ideo secunda substantia significat quale quid sub appellatione figura. id est quia est nomen appellativum qualitatis: sic patet littere autem clarus sensus. Rea Optiles tamē in hoc loco aliter interpretatur Aristotelismo. litteram: fingentes. nam naturas communes: dicunt quod secunda substantia significat quale quid. id est substantiam communem. Primum vero substantia significat hoc aliquid id est substantiam singularem: nam tertius habet unum nu-

Repro batio

Argu mentu

Solu tio

Appel latio duplex

Quali tas du plex

Quale quid

Procell quid

Quali tas du plex

Quale quid

Procell quid

mero est quod significat. Et dicunt quod hoc aliquid non est omnis substantia singularis: sed sola illa que est suppositum per se subsistens: ita quod non sit per essentialis aut integralis alterius rei. unde nec materia: nec forma: nec manus aut pes est hoc aliquid: sed sola res per se subsistens sine sit simplex sine composita. Sed ista expositio est physica aut metaphysica de rebus: ideo est aliena a logico proposito: quod est solum de sermone. Et item Aristoteles et boni omnes peripatetici anathematizarunt naturas communes: et videtur casus ut figurata: dicentes. Gaudeant species et genera. sed in rebus ad extra: motu. sunt: ideo dicunt quod omnes res mundi sunt singulares. Quod vero Aristoteles dicit unum numero: non est in hoc loco nomen proprie intentionis: sed potius est logicum: quod exponens Aristoteles in secunda proprie tate dicit: quod prima substantia est una numero: ergo sensus huius proprie tate recte: prima substantia significat hoc aliquid. absolute singulariter: quia unum numero. Individuum nomen est: ideo significat rem suam distinctissime: ut hoc nomen Petrus: alie. n. homo cuius hoc est nomen proprie: non potest clarius et distinctius significari aliquo alio nomine (secundum de nomine demonstrativo) quam istud. Ita alia omnia eius nomina: vel communia et confusa sunt: ut homo: animal: substantia: vel cognominata: ut albus: sedes: sapiens. etc. Secunda vero substantia non ita significat distincte rem suam: sed confuse: ideo dicitur significare quale quid. id est aliter absolute. Sed quia predicari in quale absolute esse modus accidentium: ideo Aristoteles discernens secundam substantiam ab accidentibus subdit. Homo significat quale quid non sicut album: nam album sola qualitate significat: homo autem circa substantiam quandam habet qualitate. Ubi apparet manifesta distinctio huius nominis quale vel qualitas: nam est qualitas in substantia: est et qualitas in accidentibus. Qualitas in substantia est communiter nominis absolute: ideo non est sola qualitas: sed dicitur quale quid. Qualitas in accidentibus est simul communiter et cognominatio nominis extrinseca: et ideo dicit sola qualitas: quia nihil habet de quod. Alibi ergo sola qualitas: tam modi significandi habet: proprie quando accipit pure adiective. secunda vero substantia habet simul qualitate et substantialitate. id est nomen absolute commune. Et dicitis apparet quod Aristoteles in predicamentis equivoce utitur qualitate et appellatione: nam in diffinitione denominativorum appellatione accepit logicè pro cognominatio extrinseca accidentali: in hac vero proprietate appellatione accepit grammaticè pro communitate nominis appellativi. Similiter qualitas est duplex: nam in grammatica qualitas nominis dicitur de terminatio sue significatio: et hanc dividit in qualitate proprie et commune sine appellativam. Aut. n. Donatus: quod nomen significat rem cum qualitate propria vel commune. In logica vero qualitas est formalis significatio nominis: que et cognominatio nominis vocatur. unde et dicitur predicari in quale. Recolligentes ergo sententiam huius quinte proprie tatis dicimus clarissime: quod omnis substantia significat quid. id est absolute: sed prima substantia significat hoc aliquid. absolute singulariter et distincte: quasi demonstrando rem. secunda autem substantia significat quale quid. absolute communiter. Et quia hoc erat obscurum: decla-

ratione vocabulis grammaticis sub appellatione signi fca. id est quod est nomen appellativum qualitatis: et ad evitandam confusionem: fecit discrimen qualitatis grammaticæ: que est appellatio: a qualitate logica: que est cognominatio accidentalis: dicens quod homo significat quale: non sicut album: ac si clarus diceret: homo dicitur significare qualitate. id est quia est nomen appellativum qualitatis: sed album significat qualitate: quia est nomen accidentale extrinsece cognominatio. unde equivoce utitur de qualitate: quia in predicamento substantie non est qualitas nisi grammatica: que est communiter nominis appellativum. in alijs autem novem predicamentis potius attenditur qualitas logica: que est extrinseca nominum cognominatio: et etiam dicitur logica appellatio: de qua in diffinitione denominativorum: ut supra. Sexta et ultima proprietates huius predicamenti. scilicet. Maxime proprie est substantie. etc. duobus modis potest exponi. quia ly maxime potest accipi ut nomen: vel ut adverbium. Primum modo sensus est: maxime substantie. id est proprie substantie: que maxime substantie est: una numero. id est individua: proprium est quarto modo esse susceptibile contrarium predicamentorum accidentiter de ea dictorum: non quidem simul: sed successive: secundum. sui significati mutationem accidentalem: puta augmentationem: alterationem: localem motionem. exemplum licere clarum de ista prima substantia Petrus. etc. et debet intelligi quod suscipit predicata contraria. scilicet substantiam eius proprie et principaliter et maxime: alia hoc non esset huius subiecto proprie quarto modo: nam secunde substantie: et aliorum novem predicamentorum nomina: bene substantie contraria: sed non maxime: ut homo vel equus potest esse sanus vel eger. similiter superficies potest esse alba vel nigra. etc. Alio modo ly maxime potest esse adverbium. id est valde proprie. scilicet quarto modo: et tunc subiectum huius proprie tatis esset ly substantia in commune: et stricte accepta. per solus terminis absolute. omnis. n. terminus absolute solus talis substantie potest proprie et principaliter predicatis contrarijs. sed prima expositio est magis consona littere Aristotelis: propter verbum illud: cum sit una numero: quasi vellet dicere: de secunda substantia que sit susceptibilis contrariorum: non est mirum: quia habet multa significata: et ratione huius suscipit unum predicatum contrarium: et ratione illius accipit alterum contrarium. sed dico quod etiam prima substantia crisset individua: et una solam rem significans: potest suscipere contraria predicata: propter illius rei mutationem accidentalem: et ex eo quod illa res que est Petrus augetur: hoc predicata bicubitus et tricubitus successive predicantur de hoc nomine Petrus: et qui prius erat bicubitus: postea est tricubitus: et propter alterationem eius variantur hec predicata contraria: dexter: sinister: sursum: deorsum. etc. Unde dicit potest una glossa singularis pro diffinitione predicabilis accidentis: quod potest adesse et abesse subiecto propter eius corruptionem: aut mutationem ullam: non tamē propter sui significati mutationem: quia semper variatio predicatorum super eodem subiecto: consequitur mutationem rei significate per ipsum: vel alterius rei respectu rei significate proprie. Instantia quam ponit autor contra hanc proprietatem: licet formari potest. hoc nomen oratio vel propositio non est in predicamento substantie: ideo nec est

Anu nome rogd.

Instan tia de oratioe



una nec secunda substantia: tamē est susceptiua predicamentorum contrariorum. s. veri et falsi. ergo nō est maxime propriam substantie esse susceptiua predicamentorum contrariorum: quomodo dicitur accipiatur substantia. cōsequētia est nonissima cū maiore: minor probatur et diffinitione. ppositiōis posita in pmo huius: q̄ est oratio verū vel falsum significans: et ita de hoc nomine successiue p̄dicantur hęc contraria: nā aliquādo est verū q̄ p̄positio est vera: et aliquādo q̄ p̄pō est falsa: et non solū accipiēdo p̄pōnem in specie: sed etiā in particulari: vt hęc p̄pō est aliquādo vera et aliquādo falsa. Ad argumētū posset facilius respōderi et limitatione posita in p̄phetate. s. substantiādo p̄pō et principaliter: et q̄ hoc nomē oratio est cognōtatiuum extrinsecē: certum est q̄ non substantiat illi p̄pōcatis principaliter. Tamē autō soluit hoc argumētū et illa particula: secundum sui imitationē: ideo sit: q̄ oratio nō suscipit predicata contraria secundum sui significati mutationem: sed propter mutationem rei ad extra. Significati huius nōisoratio est ista oratio: Socrates sedet: que nūc est vera: nunc falsa: non propterea q̄ ipsa mutetur (manet enim immota: q̄a est scripta in libro aut in pariete) sed propterea q̄ ille homo Socrates modo sedet: et modo surgēs deambulat huc atq̄ illuc. ab eo enim q̄ res est vel non est: oratio vocalis et scripta: vel opinto. i. oratio mentalis de re illa enūcians: est dicēda vera aut falsa: non autē ex eo q̄ ipsa aliquo modo mutet: non ergo conuenit hęc p̄pōcatis orationi vel p̄pōsitioni: sed solis terminis de predicamēto substantie absolutis: maxime indiuiduis: quia eis primo insunt accidētia: cōuenit suscipere cōtraria p̄dicata accidētia: et hoc propter sui significati mutationē accidētialem: quia solis mutationibus accidētialem correspondēt p̄dicata contraria: nō autem mutationibus substantialibus: que sunt generatio et corruptio: quia in predicamento substantie non est contrarietas terminorū: vt in secunda cōmunitate dicitur: duo postpredicamenta oppositiōnis et motus inferius adducēt. Cōmū ex hac solutione Aristotelis ad instātiā de oratione: solet conuincimur notari contra reales logicorū: q̄ veritas aut falsitas p̄pōsitionis secundū Aristotelem nō sit ali quod accidēs realiter inherens p̄pōsitioni: vt ipsi dicūt: quia illo posito: solutio Aristotelis non euacuet argumētum contra se factum: tunc enim quando illa p̄pō: Socrates sedet: ex vera fieret falsa: amitte ret illam formā q̄ est veritas: et acquireret illā que est falsitas: mutaretur ergo ab vna forma ad aliam: quare ille terminus oratio: p̄ ea supponens: suscipere hęc predicata contraria verū et falsum secundū sui significati mutationē: et ita conueniret ei certa p̄pōcetas predicamenti substantie: quod tamē Aristoteles negat dicens: q̄ illa oratio per hoc q̄ ex vera efficitur falsa: non mutatur: sed hęc variatio accidit propter mutationem localem illius hominis a sede sua in qua prius sedebat: et non propter aliquam mutationem factam in ipsa p̄pōsitione. Sed de hac questione operosius est agendum in magna logica super primo libro peribermenas.

Caput quintum de predicamento quantitatis.

Solutio prima.

Secunda.

De veritate ppositiōnis

Quoniam sequēter et in secundo loco ponendum est predicamentum quantitatis: eo q̄ inter omnia accidētia hoc proximus adheret substantie. Modus igitur significandi essentialis formalis dicibilium huius secunde categoriē: est cognoscere: q̄ illa res pro qua accipitur quodlibet ipsorū: fit diuisibilis in partes integrales: et hęc est diffinitio quantitatis: quādo est nomē secūde impossibilitatis: et secūda species sub hoc genere predicamētū. est. n. quātitas dicibile: cognoscens rem esse in plures partes integrales diuisibile: vt bicubitum: binarius: superficies. Modus vero p̄dicandi horū nomium de p̄mis substantijs est p̄dicari in quantū. i. quāta vel quota sit res pro qua prima substantia supponit: vt Petrus est bicubitus: vel est secūsus. Unde ad interrogatiōē de prima substantia formatā per hoc quesitiuū quātum: vel quotū: vel quot: vel quoties: aut aliquod aliud huiusmodi: respōdere debet p̄ dicibilia huius predicamenti secūdi: et hoc signo cognosci poterit de aliquo dicibile: an ponatur in hoc predicamēto: puta. si p̄ ipsum bene respōdemus ad p̄dictū quesitiuum. Sed priusquam ad coordinationem quantitatum veniamus: premittenda est quedam distinctio necessaria ad intelligentiam huius et aliarum coordinationum sequentium. Quantitatum enim quedam sunt quātitates per se: et quedam per accidēs. Quātitates per se sunt genera et species huius predicamenti: id est de quibus genus generalissimū huius categoriē predicari potest essentialiter in qd: vt numerus est quantitas: linea est quantitas. et. Quātitates per accidēs sunt ea dicibilia de quibus hoc generalissimū: vel aliud per se positum in hoc predicamento: vere quidē predicari potest: tamen non essentialiter in quid: sed solū accidentaliter in quale: vt manus est quantitas: album est magnum: actio est longa: et cetera. Unde patet quod duobus modis potest ali-

Ab hoc significandi.

Ab hoc p̄dicandi.

Ab hoc interrogandi.

Quātitas per se

Quātitas per accidēs

quod dicibile poni in predicamento. s. vel per se: vel per accidēs. Et solet poni tertius modus reductiue.

Scholium sine glossa.

Ordo nouē predicamentorum accidētium ex modo cognōtationis eorum accipi debet: vt superius diximus: ita q̄ minus cognōtatiuum p̄cedat magis cognōtatiuum: quia hoc addit super illud. Hunc. n. ordinem ponit Aristoteles inter sciētias dicens in p̄mo libro suorū posteriorum: q̄ sciētia que est ex partibus: est natura prior ea: que est ex additione: vt arithmetica est p̄or geometria: sicut et vnitas est p̄or puncto. Ergo post predicamentū absolutorū et intrinsecē cognōtatiuum: que de p̄mis substantijs vniuoce essentialiter predicantur: dicendum est nobis de nouem predicamentis dicibilium cognōtatiuum extrinsecē: que de primis substantijs denominatiue et accidentaliter predicantur: et inter ea p̄cedere debet predicamētum quātitatis: quia eius termini inter omnes sunt minime cognōtatiōis: et alij omnes termini aliorum predicamentorū addunt cognōtationes super istos: ideo recte autō ait: q̄ predicamentū quantitatis inter omnia predicamenta accidētium: proximus adheret predicamēto substantie: quare secundum in ordine decē predicamentorū sibi iure vendicat locū. Et Petrus recentior huc capiti vniū addidit partem ante coordinationē quantitatum: que exponit modos significandi: predicandi: et interrogandi dicibilium huius secunde predicamēti: cōformiter ad id quod Aristoteles fecerat: et similiter Petrus antiquior in capite de predicamēto substantie. Prius. n. diffiniēdi et diuidendi sunt termini secunde impossibilitatis: qui significant dicibilia prime impossibilitatis vniuoce iusq̄ categoriē: quam ipsa conteratur ac describat. Dicitur autem in commentario tertij capitis p̄cedentis: q̄ illa decē nomina: substantia: quātitas: qualitas. et. in hoc libello sunt equoia. i. aliquādo sunt prime impossibilitatis et genera generalissima suarū coordinationum: et aliquando sunt nomina secunde impossibilitatis et species huius generis predicamētū in tertia significatiōe accepti. inter illas ergo decē species predicamēti quantitas erat secūda. Hoc ergo nomē autō p̄mo diffiniēdi et suo modo significandi et p̄dicandi de p̄mis substantijs: postea ipsum diuidit in duas partes. Quantitas ergo in secūda acceptione sic potest diffiniri in ratione vniuersalis. Est dicibile prime impossibilitatis quod ex suo modo significandi essentiali formali cognōtat rem (pro qua supponit) habere partes integrales in quas diuidi possit: vt bicubitū supponit p̄ corpore: et cognōtat q̄ habeat duas partes: quarum quilibet est cubitalis. i. vnus cubiti in sua extēsiōe: et ita de alijs multis exemplis. In ratione vero p̄dicabilis: quantitas est dicibile coordinabile: aptū p̄dicari de p̄ma substantia denominatiue accidentaliter in quantū. i. enūciando quāta sit res p̄ qua ipsa supponit: vt Petrus est bicubitus: et accipitur hic: quantum: generaliter et confuse p̄ quātitate extēsiua vel discretiua: vel ordinabili. et. Et in eadē acceptione idē vocabulū est interrogatiuum huius predicamenti: nā interrogando de p̄ma substantia per ipsum: vt quantus est Petrus? debet fieri respō-

De ordine huius predicamenti

Quātitas loquax.

per dicibilia huius predicamēti: et ista interrogatio est multipler et varia: vt quantus: quotus: quotapler quoties. et. Post has diffinitiones autō subdit vnam diuisionē quantitatum: et est vna earum triū q̄ Aristoteles posuit in capite isto: eo q̄ hęc p̄ceteris habeat aliqd̄ momēti ad rectā intelligētiā huius predicamēti et aliorū octo sequētiū. et sensus huius diuisionis est. Dicibilium quātitatē importantū: quedā de per se ponuntur in hoc predicamēto: alia vero per accidēs solū pertinet ad ipsum: et declarat membra diuisionis: vt quātitates per se: sunt omnia genera et species ex quibus teritur hęc categoriā a generalissimo vsq̄ ad species specialissimas: vt quantitas: numerus: linea. et. et dicuntur quātitates per se: quia genus generalissimū quantitatis de per se: id est essentialiter in quid de singulis eorū predicatur: vt numerus est quātitas: linea est quātitas. et. Quātitates vero per accidēs sunt dicibilia aliorū predicamentorum: de quib? hoc generalissimū quātitas vel aliqua alia species eius predicatur vere quidē: non tamē essentialiter: sed solum denominatiue et accidentaliter: vt manus est quātitas: album est bicubitum: actio est longa. et. Clarū est enim q̄ subiecta istarū p̄pōsitionum: nō sunt de per se in hoc predicamēto: sed in alijs: nequē ideo iste p̄dicaciones sunt essentialiter: sed accidentales: quia sunt vere p̄pōsitiones: quare illi termini non sunt quātitates per se: sed per accidēs. i. per aliud substant illis p̄dicatis. hoc est p̄pter dicibilia que de per se sunt quātitates. Dicitur enim albedinem esse magnam non de per se: sed propter superficiem que de per se est magna: quanta enim q̄. si fuerit superficies: tantū albū fore dices. similiter et actionē diuinis longam propter tēpus quod illam mēsurat. et. Voluit ergo Aristoteles cantos facere lectores: ne forte deciperētur: credētes omnia dicibilia de quibus vere p̄dicantur quātitates: p̄ se pertinere ad hoc predicamētum vt genera vel species eius: hoc. n. nō sufficit q̄ ad hoc aliq̄ terminus de per se ponatur in hoc predicamento: sed opus est q̄ illa predicatio sit essentialis in quid: quia non inconuenit dicibile vnus predicamenti vere predicari de dicibili alterius predicamenti. s. p̄dicatiōe accidētiā denominatiua: immo omnia dicibilia nouem predicamentorū hoc modo predicantur de dicibilibus predicamenti substantie: quia vt superius dictū est: ipsa predicamēta distinguuntur per diuersos modos p̄dicandi de primis substantijs: et Aristoteles dixit q̄ omnia alia p̄mis substantijs: vel dicuntur de eis essentialiter: vel sunt in eis accidētiā p̄dicatiōe. Ergo secūda regula antepredicamentalis: diuersorū generum. et. p̄hibet commixtiōē coordinationū per p̄dicatiōes essentialis quidditatiuas: non autē penes accidētiāles denominatiuas. Et huius ignorantiā distinctiōnis apparet antiquos philosophos multa dicibilia possidisse in hoc predicamēto vt species: que tamē solū de per accidēs pertinet ad ipsum: vt postea declarabimus. Deniq̄ hęc eadē distinctiō est intelligenda in quolibet alio predicamento sequentiū. s. q̄ aliq̄ sunt modis quātitates per se: alie per accidēs. similiter in p̄dicamēto ad aliqd̄ in alijs. Hoc notant autō in fine est in p̄mis partibus: q̄ duobus modis potest aliqd̄ dicibile pertinere ad aliquod predicamentum. s. per se: vel to.

De diuisione quantitatis.

Tribus

Handwritten marginal notes in a cursive script, including the word 'Summa' and other illegible text.



Primo mo dus.

Secundus.

Tertius.

per accidens: immo addit tertium modum: quod aliquod ponitur in aliquo predicamento reductiue. Hoc docet mentum expressit autem potius in hoc predicamento quod in alijs: quia hoc est primum omnium nouem predicamentorum accidentium: ut quod hic dicitur in alijs omnibus subintelligatur. Et duo quidem prima membra huius distinctionis ex Aristotele accepta: declarata sunt. Tertium vero quod addit autor: indiget declaratione: nam hoc dicunt plurimi: sentiunt vero quod pauca sunt. Dicit enim communiter loquentes quod priuationes et negationes reducuntur ad predicamenta suorum positiuorum: ut punctus et unitas et infinitum reductiue sunt in predicamento quantitatis: cecitas et surditas et tenebra in predicamento qualitatis: quies in predicamento motus: vacuum in predicamento ubi: etc. Hoc inquit reducuntur ad predictas coordinaciones: non adeo ut sint genera vel species in eis: sed annexa sunt eis ut imperfecta ad sua perfecta: nam malum semper est in bono: quia per se subsistere non potest: ut Aristoteles dicit in quarto libro ethicorum: Et in quarto libro metaphysice dicit quod priuationi semper subiecta quidam sit natura in qua sit. Hoc quidem dicta in cortice verborum: sed intellecta de rebus ad extra: plena sunt confusione: et vix possunt bene saluari. Intelligamus ergo ea de vocabulis et logicis: et erunt luce clariores: nam predicamenta vocabulorum non autem rerum exteriarum in hoc loco tractamus. Dicitur est autem supra in capite tertio huius: quod Aristoteles ne excederet numerum denarium in predicamentis: ab omnibus sapientibus determinatum: sub vno predicamento multum intellexit: ut sub predicamento substantie duas coordinaciones absolutorum et differentiarum declarauimus: et in alijs predicamentis idem facimus. Sicut ergo omne dicibile de per accidens pertinet ad vnum predicamentum: de per se ponitur in alio predicamento ab Aristotele expressit: ut genus vel species eius: ut albedo de per accidens est quantitas: et de per se est qualitas. Scientia de per accidens est ad aliquid et de per se est qualitas etc. Ita etiam verum est quod omne dicibile reductiue pertinet ad vnum predicamentum: de per se est genus vel species in alio predicamento: non quidem ab Aristotele expressit: sed in predicamento sui habitus subintellecto. Reductiue ergo ponit terminum in predicamento: nihil aliud censeo: quod ipsum ponit de per se in alio predicamento: quod ipsum subintelligitur ad istud reductiue. Unde nulla alia est differentia inter hec duo membra de per accidens et reductiue: nisi quod illud quod de per accidens est in predicamento vno: de per se est genus vel species in alio predicamento expressit numerato inter decem predicamenta quod Aristoteles expressit. sed illud quod reductiue ponitur in aliquo predicamento: est per se genus vel species in alio predicamento non numerato inter decem predicamenta: nec expressit tradito ab Aristotele. Unde posset recte concedi: quod reductiue sit species de per se de per accidens: et quod omne quod est reductiue in aliquo predicamento: est per accidens in eo: sed non contra. Quare differentias potius diceret reductiue positas in predicamento substantie: quod de per se vel de per accidens: quia predicamentum in quo ille sunt genera vel species: non sunt numerati inter decem predicamenta que Aristoteles expressit. Ergo loquendo de negationibus et priuationibus. i. de terminis infinitis et priuatiuis: est sciendum quod omnia dicta

bilis cuiuscumque sint predicamenti ab Aristotele traditi: habet negationes vel priuationes sibi oppositas: et ille negationes vel priuationes inter se habet ordinem: adeo ut ex eis possit fieri categoria seu coordinatio. Sed ne sententias inuoluam: et vt clarior et distinctius loquamur: dicamus prius de negationibus et priuationibus: et postea de priuationibus dicemus. Predicamenta negationum seu infinitorum terminorum tot numero sunt: quot et positiuorum: hoc est decem: cui libet enim affirmationi est opposita negatio: tam in terminis quod in propositionibus: de quibus Aristoteles dicit in primo libro peribermias. Omne quod quis affirmauerit: contingit negare: et contra: ergo tam terminis absolutis quod cognotatis posituis dari possunt termini negatiui oppositi: vt homo et non homo: linea et non linea: album et non album. pater et non pater. et ita in omnibus alijs. Vnicuique igitur decem predicamentorum ab Aristotele tradito in terminis posituis: correspondet vnum aliud predicamentum negatiuorum terminorum: quod reductiue ad illud: quia subintelligitur per illud: vt non homo est reductiue in predicamento substantie. similiter non linea reductiue in predicamento quantitatis ad eundem sensum: et non album in predicamento qualitatis: non pater in predicamento ad aliquid: et ita de reliquis. Veritatem in terminis negatiuis ordo euerfus est: quia negatio infinitas facit de superior inferiorum: et de inferiorum superiorum: vt non homo est genus ad non animal: et non animal est superior ad non substantiam. etc. Sed predicamenta priuatiuorum terminorum non tot sunt: quia termino absoluto non potest dari terminus priuatiue oppositus: quia negatio priuatiua recte eadem suppositione remouet cognotionem positiuam: nec euerfus terminorum coordinacionem: quare solis nouem predicamentis accidentium dari possunt predicamenta priuatiue opposita. Ergo genus generalissimum predicamenti priuatiue oppositum predicamento quantitatis: est ly indiuisibile in abstracto: et indiuisibile in concreto: nam vt dicit Aristoteles in quarto libro metaphysice: quantitas rei diuisione cognoscitur. Et sicut species immediate posite sub quantitate sunt multitudo et magnitudo: ita sub indiuisione immediate species subalterne sunt unitas et punctus. unitas quod priuatiue opponit multitudini: et punctus magnitudini. Consequenter ergo peccat doctores: tot possent dari species unitatis: quot et multitudinis subiuicte priuatiue opposite: et totidem species puncti quot et magnitudinis. Sed quia non sunt eis nomina incompleta imposita: possent sic completere nominari. indiuisio in longitudinem contra lineam: indiuisio in latitudinem contra superficiem. etc. Eodem modo dici posset: quod genus generalissimum priuatiue oppositum predicamento qualitatis in abstracto est ly indiuisibile: et in concreto indiuisibile: nam vt Aristoteles ait in quarto libro metaphysice: qualitas cognoscitur rei dispositione ad agendum vel patiendum. Et sicut sunt quatuor species subalterne immediate posite sub qualitate: ita ponentur sub indiuisione quatuor species immediate: et sub eis alie species inferiores priuatiue opposite speciebus predicamenti qualitatis. simili modo diceretur in omnibus alijs predicamentis: quia cuiuslibet eorum posset dari predicamentum priuatiue oppositum: ad ipsum reductibile. Datet ergo

Resoluo bo na.

Negationis predicamentum.

Quantitas.

Indiuisibile.

Magnitudo.

Linea.

ergo clarior sensus eorum quod superius dicebant de priuationibus et de negationibus. i. quod punctus et unitas ponantur reductiue in predicamento quantitatis: quia sunt species subalterne in predicamento priuatiue opposito predicamento quantitatis: quod et reductiue ad ipsum: cecitas et surditas reductiue in predicamento qualitatis: quia sunt species specialissime in predicamento priuatiue opposite qualitatis. i. sub illo subalterno indiuisibile qualitatis: ignota priuatiue opponit scientie: eius species sub indiuisione habitus: tenebra priuatiue opponit lucem: eius species sub indiuisione passibilis qualitatis: et ita de alijs singulis est sciendum. Reliqui autem illi alia distinctione de quantitatibus habentibus vel non habentibus positionem: tunc quod studet breuitati: tunc etiam quod non multum videtur facere ad intelligendam coordinacionem huius predicamenti: ad quam properat in secunda parte: ubi etiam declarabitur prima illorum trium diuisionum quantitatium quas posuit Aristoteles. Secunda pars de coordinacione quantitatum. Quantitas: genus generalissimum abstractorum nominum secundum predicamentum: est nomen prime impositionis: et diffinitur hoc modo. Quantitas est res diuisibilis in partes integrantes quarum vna non est alia: vt lignum: lapis: aceruus: exercitus. etc. Quantitas ponit Aristoteles duo genera subalterna coheretis nominibus explicata: diuisio. Quantitatis aliud discretum: aliud continuum. Sed quia generalissimum huius coordinacionis est nomen abstractum: aptius erit ipsam totam texere per nomina abstracta. Unde sub quantitate duo genera subalterna sunt. multitudo: et magnitudo. Est autem multitudo quantitas discreta. Magnitudo vero est quantitas continua. Dicitur autem discreta quantitas illa cuius partes non copulantur ad eundem terminum communem: et per oppositum quantitatis continue partes copulantur ad eundem terminum communem. Exemplum prime: vt aceruus lapidum: vel exercitus hominum. Exemplum secunde: vt lignum vel ferrum. etc. Magnitudinis diuisio est breuissima in tres tantum species specialissimas: que sunt: linea: superficies: et corpus. nam tempus et locus sunt quantitates per accidens: adeo non sunt species huius predicamenti. Linea est magnitudo extensa in longitudinem. Superficies est magnitudo extensa in longitudinem et latitudinem. Corpus denique est magnitudo tripliciter extensa: hoc est: in longum: latum: et profundum: vt Aristoteles diffinit in primo libro de celo: et in quinto metaphysice. Multitudo alterum genus subalternum: idem est quod numerus. cuius due sunt species: numerus par et impar. Ratio enim nomen est secunde impositionis: et non species quantitatis. Par numerus est qui in duo equa diuidi potest nulla remanente unitate: vt binarius: quaternarius: etcetera. Impar vero numerus qui ne per equalia diuidi possit: unitatis impedit interuentus: vt ternarius: quaternarius. etcetera. Par iterum numeri tres ponuntur species: iste. pariter par: pariter impar: et ipariter par: et sunt species specialissime. Sunt tamen preter eas tres alie huius generis species accidentales seu partes in modo: par numerus perfectus: superfluum et diminutus. Imparis numeri similiter sunt tres species iste. Primus et incompositus: secundus et compositus: et tertius relative primus: quibus absolute secundus. Horum numerorum diffinitiones ex primo libro arithmetice Boetij sunt requirede. Unitas vero priuatiue opposita multitudini: est res indiuisibile in plura discretiue: et est genus subalternum tot sub se habens species: quot et numerus seu multitudo: et hec illis priuatiue opponuntur. Punctus vel punctum priuatiue opponitur magnitudini: et habet totidem species quot et ipsa: priuatiue tamen ei oppositas. Denique omnia huius predicamenti dicibilia mathematica sunt: id est arithmetica et geometrica. Scholium sive glossa. Coordinacione quantitatium Aristotelis expressit magis ad mentem antiquorum philosophorum: quod ad rei veritatem: quod etiam manifestius apparebit in predicamento ad aliquid: nam in his duobus predicamentis: ea que sunt per accidens: miscentur his que per se sunt. unde euadit categoria confusa. Et Petrus Hispanus antiquior credens omnia que Aristoteles in hoc capite posuit: esse veras species huius predicamenti: dixit. quantitas discreta est: vt non

Superficies.

Corpus.

Multitudo.

Numerus par.

Impar.

2

3



merus et oratio. Unde due sunt species eius. et infra. Quantitatis continue; alia linea; alia superficies; alia corpus; alia tempus; alia locus; unde quinq; sunt spes eius. Ad huius ergoveritatis declarationem est supradictum et communis sapientum consensus: q; tota editio logice Aristotelis: dividi solet in logicam veterem et novam. Logica vetus: sunt predicamenta et peribermemias: que ideo vetus dicitur logica: quia ab antiquo tribus tradita erat ante Aristotelem. Logica nova sunt duo libri priorum: duo posteriorum: octo libri topicorum: et duo ethicorum: que propterea dicitur logica nova: quia cum totam Aristoteles invenit de novo: cum nihil invenisset in ea a suis prioribus traditum. Cum ergo doctrinam predicamentorum invenit a predecessoribus traditam: quantum non ita artificiose sicut ipse eam postea disposuit: noluit vir ille sagacissimus in primo sine logice libro: hoc esse in predicamentis: notabiliter a prioribus describere: quorum tunc magna erat autoritas: ne forte hac occasione faceret lectoribus offendiculum: precipue his qui vel assueti: vel affecti erant doctrinis philosophorum sapientum: maxime Platonis preceptoris sui: cuius adhuc recens erat memoria veneranda. Hanc igitur rationem (vt opinor) decem tantum predicamenta enumeravit Aristoteles: qui tamen multo plura ea esse satis clare insinuat: nam apud antiquos hoc erat commune ploum: decem tantum esse predicamenta. Categoriā etiā substantiarum eadē ratione noluim in aliquo immutare: sed eam a Platone descriptam supponere et intactā relinquere. Similiter ergo in hoc predicamento quantitatis coordinationem tradēs brevissime processit: et qualem spes quantitatis ab antiquis positas: vt orationem; locum; et tempus: que non sunt per se quantitates sed solum per accidens: ibidem reliquit nec eas abstraxit: quantum satis caute eas reuocandas esse insinuauerit: quando ante coordinationem istam premisit distinctionem de quantitativibus per se vt per accidens: ac si expresse dixisset. non putatis q; omnia dictabilia que ego ponam in hoc predicamento sunt per se species eius: sed antiquorum phantasia vobis apperiam. Autor itaq; summularum recetior in hac etate eruditissima callens Aristotelis mentem: aucta et quantitates per accidens separavit ab hac coordinatione: vt ea purā describeret in quantitativibus per se. Diffinitio quantitatis: quando est genus generalissimum et nomen prime impositionis: accepta est et Aristotelem in quinto libro metaphysice dicente. Quantitas est id quod est diuisibile in ea q; in se: id est in partes quas habet: et cetera. Sensus est: q; omnis res q; diuidi potest in partes: quarū vna nō est alia est quantitas. Exempla ponit iste autor: vt lignum; lapis; aceruus; exercitus. et. sunt nomina rerū pro quibus supponit hoc nomen quantitas: non q; illa nomina sint species huius generis et quantitates per se: et duo prima sunt de quantitate continua: et per se pertinent ad predicamentum substantie; alia duo sunt de quantitate discreta: et vt. sentie esse nomina relativa de predicamento ad aliquid. Diuisio quantitatis quam Aristoteles ponit dicitur. Quantitatis aliud continuum: aliud discretum: autor exponit. aliud scilicet genus subalterna: est ly continuū: et aliud est ly discretum. ita q; hoc sit vete diuisio ge-

neris generalissimi in species subalternas: quantum Aristoteles vtat nomibus concretis p abstractis: q; vt predimus: per vñu predicamentum in accidētib; semper duo predicamenta intelligit. scilicet concretum et abstractum: unde et sepius nomina concreta permiscet abstractis: et contra. Sed auctores recentior ad tollendam confusionem: totam hanc categoriam faciunt in abstractis nomibus: ideo sub quantitate ponit magnitudinem et multitudinem spes subalternas: et diffinit ea per verba Aristotelis dicens: q; magnitudo est quantitas discreta: et magnitudo et multitudo est quantitas continua: non q; ipse credat continuum et discretum esse differentias specificas: quibus hoc genus quantitatis diuidatur: et eius spes diffiniantur. Dictum est enim q; in solo predicamento substantie sunt vere differentie specificę: quib; et genera diuiduntur: et spes diffiniantur. In omnib; ergo alijs predicamentis nō diffinitiones generū sunt p spes nō p differentias: nec ideo spes eorū sunt vere diffimibiles diffinitione proprie dicta: sed solum descriptione que fit per propria et per accidentia. At enim Aristoteles in secundo libro posteriorū: q; solius substantie est diffinitio. Declarat error q; sit quantitas discreta seu multitudo. Et n. res habes partes: q; tamē non sunt naturaliter colligatę per terminū vñū commune: vt aceruus lapis habet plures lapides partes eius: et exercitus hominū plures habet milites partes eius: que tamen partes non sunt ad ipsas vnite et colligatę naturali colligantia. Per oppositum quantitas continua vel magnitudo est res: cuius partes plures habent inter se naturalem vnionem et colligantiam per terminum vñū commune: id est qui sit vnus partis principium: et alterius finis: vt lignum habet duas medietates vnitas a natura: sic quod principium secundę medietatis est finis primę medietatis: et contra. Hanc diffinitionem alijs verbis exponit Aristoteles in sexto libro physicorum dicens: continua sunt ea quorum vltima sunt vnus: et contigua sunt ea quorum vltima sunt simul se tangentia. Partes ergo ligni sunt continue: sed partes acerui sunt contigę: id est se tangentes sed non vnite. In subdiuisione hōz duorum generum quantitatis: autor iunior premisit magnitudinē: eo q; ipsa sit breuior diuisio: quia non habet nisi tres species: et ille non amplius diuiduntur: quia sunt specialissime. scilicet linea: superficies: et corpus. Hanc diuisioem et membrorum diffinitiones fundat ipse in primo libro de celo et mundo: et in quinto libro metaphysice: vbi continuum in sola hec tria membra diuidit Aristoteles. ergo locus et tempus non sunt spes magnitudinis: quia p se ponuntur in alijs predicamentis: nam locus est generalissimum abstractorū predicamentū vbi: et sub eo ponuntur spes iste: sursum: deorsum: ante: retro: dextrorsum: sinistrorsum. et. Tempus etiā est generalissimum abstractorū predicamentū quando: et spes eius sunt: hodie: cras. et. Diffinitiones lineę: superficies: et corporis: expresse sunt in tertio Aristotelis in locis predictis. Qualiter autem sint intelligende: et res q; sunt ille pro quibus hec nomina supponant: est q̄stio physica: vel potius metaphysica: ideo in p̄sentia relinquatur: nam hic solas nominum rationes formalis consideramus. Datet etiā q; hoc nomen corpus equi-

Logica vetus

Logica noua

Diffinitio quantitatis

Diuisio quantitatis

Par et impar

De oratione

Argumentum

Solutio

Discretio

Discretio

voce accepit hęc et in predicamento substantie: quod eius varie diffinitiones ostendit: et insuper quia illic corpus erat nōmē absolutum et gen^{us} subalternum: hic autem est nomen intrinsece cognationis et speciei specialissima: sicut et linea et superficies: nam ille diffinitiones lineę per rectam et curuam: superficies per planam concuam et conuexam: et corporis per rotundum et laterale. ceterę accidentales sunt: et ad quę tam pertinent speciem qualitatis. Multitudinis siue numeri diuisio in suas species longior est: nam eius species subalterne sunt: par numer^{us} et impar: quibus pleriq; dicit q; par et impar sunt passioes numeri nō species: sed ego non video in quo alio predicamento per se ponatur hec nomina: nisi in predicamento quantitatis. Aristoteles autem in posterioribus loquens de passionibus diuisiois: hoc exemplum ponit dicens: vt numero in se par et impar: sed exempla scientiarum realium: que ipse posuit in libris sine logice: nō sunt autentica: quia procedūt ex phantasia philosophorū antiquorū. Unde in primo libro priorū ipse ait. exempla ponimus: non q; ita sunt: sed vt sentiant adulescentes regulas nostre logice. Diuisio insuper quantitatis discrete per numerū et orationem: nō est in species: vt putant antiquior. Petrus Hispanus. tum quia numerus: multitudo: et quantitas discreta: vel sunt synonyma: vel conuertibilia nomina: tū quia oratio est nomen secundę impositionis grammaticę aut logice: et quoniam in aliqua accepione oratio esset nomen prime impositionis physicę (puta si acciperet pro voce: quod videtur Aristoteles sentire in hoc loco) tamen potius esset per se qualitas de tercia specie q; quantitas. Insuper etiā oratio sit nomen verbale ab illo verbo oratio: videret pertinere ad predicamentū actionis vel passionis: si esset prime impositionis nomen. Ceterū q; litera Aristotelis expresse habet in hoc loco. discreta quantitas est vt numer^{us} et oratio: et in quantitate continua post illas tres species ait. adhuc autem locus et tempus. et. Respondit est q; Aristoteles more antiquorū permiscet hic quantitates per accidens quantitativibus per se. Nos set etiam dici et forte melius: q; Aristoteles non intendebat hic categoriā ordinare: et species quantitatis diuisuere: sed solū declarare pro quibus reb; supponit hoc genus quantitas quando est prime impositionis nomen: vt sit sensus literę sue. quantitatis aliud significatū est continuum: et aliud discretū: ita q; quantitas significat res que habent partes: quibus qdā eorum habent partes naturaliter vnitas et continuas: alie vero habēt discretas et separatas: et iste res sunt de quibus sit sermo in doctrinis mathematicis arithmetica et geometria. Hunc sensum visus est habere Petrus recentior: qui exempla diffinitionis communis quantitatis per dictabilia aliorū predicamentorū posuit: vt clarē ostenderet q; tūc non spes: sed significata quantitatis volebat declarare: dicens quantitas continua: vt lignum; lapis. cetera. discreta: vt aceruus; exercitus. et. Et q; de quantitate discreta sunt due scientie mathematicę: scilicet arithmetica de numeris: et musica de vocibus et sonis: ideo de clarans dilectam quantitatem: Aristoteles subdit. Et est autem discreta quantitas vt numer^{us}: de quo arithmetica: et oratio vocalis: de qua musica. ac se dicitur:

quantitas discreta est ea: de qua pertractant arithmetica: et subalterna musica: que tamen penes hoc differunt: q; arithmetica agit de quantitate discreta in comuni et confusa: q; dicitur numer^{us} siue multitudo: sed musica determinat de quantitate discreta applicata ad sonos et voces: quas hic vocat orationem: et loquat de oratione vocali: subdit q; orationis syllaba menurat longa aut breuis: ideo oratio est quantitas: et partes eius: literę syllabe: et dictiones non sunt inter se vnite per aliquem terminū communem: sed vnaqueq; earum per se profertur ab alia secreta et se parata. Quia ergo oratio vocalis est quidam aceruus literarum: syllabarum et dictionum: ideo videt esse quidam numerus: quare musica agens de vocibus et sonis: disputat de eis per rationes numerorū sumptas ex arithmetica: et propterea dicitur musica scientia subalternata Arithmetice. Similiter de quantitate continua sunt due vel tres scientie mathematicę. scilicet geometria de lineis: superficies: et corporibus: physica de luce et colore: que distindit suas species per medium dyaphanum: et astrologia de motibus celorum et stellarū. Ideo Aristoteles declarans quantitatem continuam dicit: vt linea: superficies: et corpus: vt nota ret gnometriam. adhuc autem locus: id est spacium irrationis lucis et coloris: vt notaret perspectiuam: similitur et tempus: qui est motus primi mobilis: de quo inquit astrologia. ac si aperius diceret. quantitas continua est ea de qua agit geometria: et ei subalterne due: perspectua et astrologia. Geometria ergo disputat de quantitate continua in genere eius species sunt: linea superficies: et corpus: vt patet ex libro elementorū Euclidis. Perspectua vero applicat lineas et superficies ad lucē et colorē. Astrologia eas applicat ad motus celorum: ideo dicitur scientie subalterne geometrie. Veruntamen quocunq; istorum duorum modorum litera Aristotelis intelligatur: certū est hec tria nomina: orationem locū: et tempus: non esse species per se predicamentū quantitatis. Sed q; forsitan q; posset dubitare: de tempore quomodo est quantitas continua: cum hoc non habeat permanentiam. Eadem questio est de oratione vocali: que etiam non permanet: sed verbū quod semel dictū est: amplius resum non potest: nec remeat irrenocabile verbū. Ad hoc dubium tollendum posuit Aristoteles distinctionem de quantitativibus habentibus et non habentibus positionem: id est certam situationem in suis partibus: nam linea: superficies: corpus: et locus habent positionem: sed numerus: oratio: et tempus non habent positionem. et. Quantitas ergo continua dici potest non solum ea que habet positionem in suis partibus: sed etiam ea que non habet positionem: sufficit enim ad rationem continuitatis q; rei pars sit extra partem situatione: vel successione: aut etiam intentione. Sed redamus ad continuam coordinationem quantitatis discrete: que est multitudo siue numer^{us}: quia eius due spes sunt: numerus par et impar: nam earū diffinitiones et diuisiones in alias spes vnę ad specialissimas: autor iunior ex primo libro arithmetice Boetij ordinatissime accepit: breuissime pstrinxit: eo q; alias ipse paraphrasim copiosam ediderat in duos libros arithmetice eiusdē Boetij. de numeris. de proportionibus: de formis

Arithmetica et musica

Geometria et astrologia

Dubium

Solutio

Discretio



numerorum: et de proportionalitatibus. Quare huius totius littere vltior declaratio et illa paraphrafi est requirenda. Denum vero omnia huius coordinationis nomina mathematica sunt: vt ex dictis eradicat notissimum: quia multitudo et omnes species eius ad arithmetice pertinent. Magnitudo vero eius tres dicte species ad geometriam: et non solum ipsa: sed etiam nomina eius proutue opposita: vnitas et punctus: cum eorum speciebus in prima parte huius capituli insinuat. An vero quantitas sit res a substantia distincta: non est qstio logica sed metaphysica.

Tertia pars de proprietatibus quantitatis.

Quantitates seu proprietates quantitatis sunt tres precipue. prima. Quantitati nihil est contrarium: vt bicubito nihil est contrarium. similiter neq; numero linee: vel superficiet. Nec est instantia de magno et paruo: neque de multo et pauco: que videntur contraria: quia ista nomina quando sunt opposita: non sunt per se quantitates: sed relatiua nomina: nam et mons dicitur paruus: et granum milij magnum: scilicet relatiue ad alia sui generis. similiter in vico dicuntur esse plures homines: et in ciuitate pauci: respectiue non aut absolute. Si autem hec nomina accipiuntur vt concreta huius predicamenti: denominatiue dicta a multitudine et magnitudine: non sunt contraria: quia sic omne paruum est magnum: et omne paucum est multum. Secunda est. Quantitas non suscipit magis neq; minus. vna enim linea non est magis linea qm alia: neq; numerus ternarius est magis numerus qm binarius: quamuis ille sit maior numerus qm iste: et ita de alijs. Tertia. Propriu est quantitati: secundum ea: p se equale vel ineqle dici aliquid: vt vnus ho secundum magnitudinem suam est equalis vel inqualis alteri homini: et vnus populus secundum suam multitudinem dicitur equalis vel inqualis alteri populo: et ita de alijs. Albu vero non p se dicitur equalis vel inqualis alteri alio: sed magis simile: vt inferius apparebit. Hec tamen duo nomina equalis et inqualis non sunt per se quantitates: sed potius sunt ad aliquid.

Scholium sine glossa. Duo prima accidentia: que et communitates dicuntur: et alia duobus similibus: que in predicamento substantie declarata sunt: facile intelligentur: et conueniunt huic subiecto quantitas (quando est nomen secunde impositionis) in secundo modo proprio: id est conueniunt omni sed non soli: quia conueniunt predicamento substantie et nonnullis alijs. vnde de sensu prime communitatis est. Nullus terminus per se ponibilis in predicamento quantitatis: habet alium terminum sibi contrarium logica contrarietate: de qua infero in postpredicamento. exempla patent in littera. Instantia de magno et paruo: de multo et pauco: quam autor recentior et Aristoteles adiecit: sic formari potest contra hanc communitatem: hec quatuor nomina sunt per se quantitates in concreto: sed bina et bina sunt contraria: ergo terminis huius predicamenti conuenit contrarietas. Ad hec arguuntur: respondet autor per distinctionem horum nominum: quia possunt esse relatiua nomina de predicamento ad aliquid: et tunc sunt sibi contraria: vel potius relatiue opposita. vt maior et minor: duplum et dimidium: totum et pars: et cetera: et sic maior est falsa: patet in exemplis: quia mons qui est in monte terre valde magnus: dicitur esse paruus: non absolute sed respectiue: id est in comparatione ad alios montes: vt mons Sien in comparatione ad montem Ebor: de quo Aristoteles de meteoris dicit: quod est mons excelsum valde: sed granum milij: corpusculum valde paruum: solet dici magnum: quando notabiliter excedit alia grana sui generis. Eodem quoque modo: id est relatiue in vico dicuntur esse multi homines quando sunt ibi centum homines: qui tamen pauci soli in vna ciuitate dicerentur esse pauci homines. Alio modo hec eadem nomina possunt accipi non relatiue: sed prout sunt concreta abstractorum huius predicamenti: vt multitudo et multum: magnitudo et magnum et cetera: et isto modo non sunt sibi contraria: vnde minor argumenti est falsa: quia tunc magnum et magnitudo sunt synonyma essentialiter. et quia omne paruum corpus est magnitudo quedam: ideo isto modo omne paruum est magnum: et ita magnum et paruum non sunt contraria: quia sunt de se inuicem verificabilia. Similiter multum et multitudo sunt synonyma: et quia omne paucum est multitudo quedam: ideo etiam isto modo omne paucum est multum: et ita non sunt contraria. Secunde communitatis sensus est. q termini predicamenti quantitatis non predicantur de suis subiectibus cum his adiectiuis magis et minus. Exempla plana sunt in littera autem. Possent tamen hec dicibilia predicari cum his nominibus maior et minor: quia vna linea est maior ac minor altera: et superficies superflua: et similiter numerus est maior aut minor altero numero. Hoc expresse habetur ex tertia proprietate que sequitur. Tertium vero accidens est proprium quarto modo isti subiecto quantitas: et bene declaratur in littera per tria exempla: sed potest alijs verbis idem dici: scilicet quod propria fundamenta horum duorum relatiuorum nominum equalis et inqualis: sunt omnia et sola dicibilia que per se sunt genera vel species in predicamento quantita-

Instantia
Solutio.

Argumetu.

Solutio.

Ma
paru.

Ab
tum.

Ad
candi

Ad
candi.

Ad
candi

tit: ita q non est verum de aliquo dicere q est equalis aut inqualis: nisi prius de eodem vere dici possit aliquid per se dicibile predicamento quantitatis: et contra: de quocumq; vere affirmatur dicibile predicamento huius per se: de eodem vere dici potest q est egle vel ineqle. Ad clariorē intelligentiā huius pprietatis facit quod sup in capi. 4. in commentario diximus super prima definitione prime substantie. scilicet nullum nomen cognotatiuum substantie principaliter suo predicato quod vere dicitur de illo: sed omne tale pre-supponit aliud nomen quod principaliter subicit eadem predicato. vnde et hoc secundum dicitur esse fundamentum primi: vt hec predicatio: album currit: pre-supponit hanc: animal currit: hec ergo duo relatiua equalis et inqualis: quando substant in propositionibus: vt equalis placet: inqualis offendit: semper substant minus principaliter: quia pre-supponunt dicibilia predicamenti quantitatis: que prius subsistent eisdem predicatis: vt magnum vel multum placet: et paruum vel paucum displicet: Ergo omnia et sola dicibilia predicamenti quantitatis sunt propria fundamenta horum duorum relatiuorum: equalis et inqualis: et hec de illis per se predicant: vt hec est per se: quantum est equalis vel inqualis: sed hec qm sit vera: albu est equalis vel inqualis: tamen non est predicatio per se sed per accidens: vt autor in littera dicit. Sed ne aliqui minus docti deciperentur: adiecit: q hec duo nomina equalis et inqualis non sunt p se de predicamento quantitatis: sed potius de predicamento ad aliquid: vt in suo loco apparbit esse verum.

Caput sextum de predicamento qualitatis.

Tertio loco ponimus predicamentum qualitatis: quia dicibilia huius coordinationis proxima videntur quantitati: et quia plurima relatiuorum fundantur in qualitativibus. Modus significandi dicibilium abstractorum huius predicamenti est denotare dispositionem rei ad agendum: vel ad patiendum: aut alio modo se habendum. Unde patet diffinitio huius nominis qualitas: quando est nomen secunde impositionis: est. n. dicibile prime impositionis cognotans rem: pro qua supponit in concreto: esse predicto modo dispositam. Ad hoc vero predicandi eius de prima substantia: est predicari in quale: id est dispositiue: vt Petrus est logicus. Que sitiuum quo de prima substantia querentibus: est respondendum per dicibilia huius predicamenti: est ly quale: vt qualis est Petrus. veruntamen qle in hoc loco non ita generaliter est accipiendum:

sicut in predicabilibus: p omni eo quod extrinsece cognoscitur et denominatiue dicitur de subiecto: quia illo modo conuenit omnibus nouem predicamentis: sed specialiori quodam modo pro sola illa predicatioe denominatiua: q denotat rei qualemennq; dispositionem ad agendum vel ad patiendum: aut aliter se habendum. Quare etiam apparet q dispositio in predictis diffinitionibus communis est accipienda: qm in prima specie subalterna huius predicamenti.

Scholium sine glossa.

Quamuis Aristoteles tertium fecerit predicamentum ad aliquid. scilicet medium inter quantitatem et qualitatem: quia (vt aiunt) relationes fere omnes fundantur in qualitativibus et quantitativibus: tamen autor summularum recentior sequens ordinem modorum significanti dicibilium: quem predicimus. scilicet vt coordinatio ad dens super aliam sequatur illam super quam addit: non absq; ratione immediate post quantitatem posuit qualitatem ante ad aliquid. et huius ordinis duas adhibet rationes. prima est: comparando quantitatem ad qualitatem: quia plurima dicibilia predicamenti qualitatis addunt cognotationem super dicibilia quantitatis: vt patet in tertia et quarta speciebus: que sunt proxime quantitativibus. Secunda ratio est: comparando qualitatem ad predicamentum ad aliquid: quia plurime species predicamenti ad aliquid sequuntur qualitates: vt simile et dissimile: et eorum species que plurime sunt: vt inferius videndum est. Sed in ordine istorum duorum predicamentorum non est magna vis: quod eorum alterum precedat vel sequatur: dnm modo vtriusq; seorsum bene declaratur ad sensum Aristotelis. fecit autor iunior primam partem huius capituli declaratiuam vocabulorum secunde impositionis: que enunciant de dicibilibus huius predicamenti: quemadmodum fecerat in duobus precedentibus: et facit in sequentibus. Unde diffinitio hoc nomen qualitas: quando est nomen secunde impositionis suppones pro terminis prime impositionis huius predicamenti: et diffinitio ipsam p modum significandi et predicandi. et. C. Pro quorum modorum declaratione sciendum q hoc nomen dispositio quando est prime impositionis: potest accipi coiter et proprie: magis proprie. Coiter dispositio significat omne illud quo quis est habilis vel idoneus ad agendum aliquid: vel ad patiendum: vel aliter se habendum: id est siue illud sit substantia siue accidens innatum vel acquisitum. Proprie dispositio pro est id quo acquisito de nouo efficitur quis habilis et idoneus ad agendum vel patiendum. et. Magis proprie dispositio est id quo de nouo acquisito et nondum firmiter radicato: quis efficitur habilis et idoneus ad agendum. et. Primo modo dispositio accipitur in predictis diffinitionibus ab autore positus: et accepit ipsam ex quarto libro et vnde decimo methaphysice: vbi Aristoteles ait q qualitas est dispositio substantie: et illo modo dispositio est interpretatio



generalissimum huius predicamenti. Secundo modo di-
spostio est genus subalternum: ait enim Aristoteles
quod omnis habitus est dispositio: et non contra.
Tertio modo dispositio est species diuisa contra habi-
tum sub primo genere subalterno qualitatis: vt in co-
ordinatione videbitur. Et hoc etiam nomen quale
vel predicari in quale: quod ponitur in secunda diffi-
nitione prout est predicabile: potest accipi tribus mo-
di qualis. Primo cōter: prout duo prima predicabilia
et species predicantur in quid: alia vero tria in quale.
Secundo magis specialiter pro predicari denomina-
tione accidentaliter: quomodo duo vltima predicabilia a
tribus primis distinguuntur. Tertio adhuc propriissime
pro predicabili accidentali cognoscante rei dispositio-
nem ad agendum vel patiendum. Et primo modo non
solum noue predicamēta accidentia: sed etiam differentie
essentiales predicantur in quale de primis substan-
tijs. Secundo modo omnia noue predicamēta et non
differentie predicantur in quale. Tertio modo solum pre-
dicamētū qualitatis predicatur in quale de primis sub-
stantijs: et hoc modo accipitur quale in proposito. Est
ergo sensus. qualitas. i. abstractū huius predicamenti
supponit pro aliqua re: et cognoscit illam esse disposi-
tionem subiecti ad aliqd agendum vel patiendum: aut alio
modo se habendum: vt calor est dispositio ignis ad co-
burnendum: humiditas est dispositio aque vt facile diui-
datur. Quod ratio corporis est dispositio eius ad gete se-
dendum. Et qualitas in concreto. i. quale: vt cali-
dū: humidū: quadratū supponit pro aliquo et cognos-
cit illud esse dispositū ad agendum vel patiendum vel alio
modo se habendum: et hec est distinctio qualitatis et alius
in ratione vniuersalis. Sed in ratione predicabilis ac-
cidentis de prima substantia: solum concretū est distinctū
dū: quod est predicabile de ea in quale. i. dispositione eius
enunciando ad agendum: vel. et. vt. et. est albus: et nubi-
lis: philosophus. et. Et que hoc modo est distinctū huius
predicamenti de prima substantia. i. ad quod debet fieri
responsio per cōtra huius coordinationis: vt si qua-
tur qualis est. et. us. i. qualiter dispositus ad agen-
dum vel patiendum. et. responderi habet per dicibi-
lia concreta huius predicamenti: vt quod est sapiens ma-
thematicus: theologus. et.

Secunda pars de coordinatione
qualitatum.

Qualitas. **Q**ualitatum categoriam Aristoteles
descripsit: a diffinitione generalis-
sima exorsus. Quantitas inquit est: secun-
dum quā quales esse dicimur: vt secun-
dam iusticiam iusti. et. Huius generis
quatuor sunt species subalterne: dispositio:
potētia: passio: et figura. Dispositio est quā
litas acquisita: qua res habens eā est ha-
bilis: ad agendum aliqd vel ad patiendum:
aut ad se habendum aliquo alio modo: et
ita dicendum erit de alijs tribus speciebus.

3
Dedi
cari
i quale.
Dico.
Secun
do.
Tertio

Prima
diffini
tio.

Secun
da.

1
Quali
tas.

Dispo
sitiō.

Dispositio: vero due sunt species: ha-
bitus et dispositio. Habitus est qualitas
acquisita difficile mobilis a subiecto ex
diuturna consuetudine: vt sciētia: castitas:
et iusticia perfectorum. Dispositio autē
est qualitas acquisita facile auferibilis
a suo subiecto: vt disciplina: continentia
et alie huiusmodi nouiciorū dispositio-
nes. Et quia species dispositionis tot p-
cise sunt quot et species habitus: ideo il-
lis dimissis has prosequamur: nam ex
istis ille innotescunt. Habitus in duas
species diuiditur: prima est habitus cor-
poris: secunda habitus mentis: quarum
diffinitiones ex subiectis sunt accipien-
de. Habitus totius corporis has spe-
cies ponit Aristoteles: sanitatē: egritu-
dinē: robur: debilitatē: maciē: pingue-
dinē: pulchritudinē: deformitatē. et.
Præter hos habitus totius: ponuntur
quidā alij in mēbris principalibus cor-
poris: vt in manibus habitus scribēdi:
pulsandi: pugillandi. et. in pedibus ha-
bitus currendi: texendi: coreandi. et. in
lingua habitus loquendi latine: grece:
hebraice: et vulgariter. et. in oculis ha-
bitus innuendi: aut aliter voluēdi eos:
et cetera. Et quibus medici ponant sanita-
tem specie specialissimā: tamē egritudi-
nis plurimas faciunt species: quas ta-
men omnes ad tres subalternas redu-
cunt: que sunt: mala cōplexio: mala cō-
positio: et solutio cōtinuitatis. Habitus
spiritualis animi: principales species sunt
due. habitus cognitiuus: et habitus ap-
petitiuus. Ad primā specie redncuntur
omnes artes et scientie: quas ad quinqz
capita reduxit Aristoteles: intellectum
scientiā: sapientiā: prudentiā: et artem.
Ad habitū appetitiuū pertinet omnes
virtutes: et vicia: que duo genera iterū
in plurimas diuiduntur species: sapiēti-
bus philosophis et theologis notissi-
mas: nam huius primi generis qualita-
tes omnia fere vocabula sunt moralia
aut medicinalia. Et potentia secunda
species huius predicamēti: hoc modo
diffinitur. Est qualitas innata suo subie-

2
Dicit
tia.

cto: qua ipsum est habile ad agendum vel
patiendum. et. Huius generis due sunt
species. potentia actiua: et potentia pas-
siua. et utraqz istarum est duplex: corpo-
ralis et spiritalis. Ad potentia actiua
corporalē pertinent virtutes celorum:
elementorū: mixtorū: lapidū: metallo-
rum: herbarū: et mineraliū. Ad spiri-
tualem potentia referuntur potētie ani-
me vegetatiue: sensitiue: et rationalis:
potentie angelorū. sensus hōis exte-
riores et interiores. intellectus: memoria:
voluntas: appetitus sensitiuus. Et oia
fere huius specie vocabula sunt physici-
ca et medicinalia: nonnulla etiā theologi-
ca. Unde quidā theologorū ponunt in
hac specie peccatū originale: partim in
carne: partim in anima. Et passio ter-
tia species subalterna predicamēti qua-
litatis diffiniri potest. quod est qualitas al-
teratiua. i. secundū quā fit alteratio phy-
sica in rebus naturalibus. Eius due sunt
species. passio physica: quā dicitur passibilis
qualitas: et passio moralis: que appro-
priate dicitur passio. Passibiles qua-
tates sunt que sensibus exterioribus
animalium percipiuntur. Unde iuxta
numerum sensuum: quinqz ponuntur
species earum: scilicet: visibiles: audi-
biles: tangibiles: gustabiles: et odorabi-
les. Audibiles sunt colores et laces et ea-
rū species. Audibiles sunt soni et voces.
gustabiles sunt saporū species. odorabi-
les: odorū species varie. tangibiles qua-
litates sunt prime qualitates elementorū:
vt calor: frigiditas: humor: et siccitas: et
alie qualitates mixtorū. vt mollicies: du-
ricies: asperitas: leuitas. et. Passiones
morales sunt affectiones appetitus sen-
sitiui: vt amor: odiū: desideriu: abomi-
natio: delectatio: tristitia: spes: despera-
tio: timor: audacia: et ira. Similiter effe-
ctus istarū passionū in corpore dicuntur
passiones. vt erubescētia: pallor faciei:
languor: et calor corporis. et. Ex dictis
apparet quod omnia vocabula huius ter-
tie specie sunt vel physica: vel moralia:
nam in alijs sciētis horum paucissima

3
Dicit
tio.

reperies: nisi forte de per accidēs intro-
ducantur. Et figura quarta species hu-
ius predicamēti qualitatis potest sic diffi-
niri. Est qualitas seu dispositio partiū
quantitatis: ad seipsas. Unde iuxta duo
genera subalterna predicamenti quan-
tatis: erunt due species figure. Prima
dicitur forma. secunda appropriato no-
mine dicitur figura. Est autem forma
dispositio partium quantitatis discre-
te per singulas vnitates descripte. Fi-
gura vero est dispositio partiū quāti-
tatis continue: vt linearū vel superficiū
contactus. Forme numeralis tres sunt
species iste: linealis: superficialis: et solida for-
ma. et cuiuslibet istarū sūt innumere species
vt videre licet i secundo lib. arithmetice
Boetij. Figure autē due sunt species: pla-
na et solida figura. Figure plane species
sunt: triangulus: quadrangulus: et cir-
culus. Solide figure species sunt: pyra-
mis. cubus: sphaera: et alie plures: quas
omnes ex libro elementorum Euclidis
oportet accipere. Unde apparet quod oia
dicibilia huius quarte specie qualitatis
sunt mathematica: sicut et illa de pre-
dicamento quantitatis. nam hec in illis
fundantur vt passionēs eorum. Hec de
qualitatibus in abstracto. Et qualia ve-
ro dicuntur concreta: que secundū hec
abstracta denominatiue dicuntur de
primis substantijs: et habēt tot genera sub-
alterna et species quot dicta sunt in ab-
stractis.

4
figura

5
Quale.

Scholium sine glossa.

Aliqui contendunt quod Aristoteles non coordina-
uit categoriam qualitatis per se: sed quod solum posuit quos-
dam modos accidentales huius predicamēti. Sed istos
contemnit autor dicens: quod in nullo aliorū predicamē-
torum Aristoteles fuit tam curiosus in describenda
coordinatione clare et distincte: sicut in predicamēto quā-
litatis per suas species subalternas: et non solum in abstra-
ctis nominibus: sed etiam in concretis: et qui hec qua-
tuor subalterna negant esse veras species: oportet
quod ipsi alias assignent: et coordinationem describant:
quod isti non faciunt: solum enim volunt esse destruen-
tes et nihil construētes. Notissimū namque est quod Ari-
stoteles decē esse dixit coordinationes: non est ergo
neganda qualitatum categoria: sed describenda diligē-
ter: cum in ea plurimū scientiarum vocabula inuenian-
tur quod in aliqua aliarū: quod et Aristoteles facit: ait:
a generalissimi generis descriptione incipiens: et hoc
1
Opi-
nio.
Repro-
batio.



in nullo alioz generu inuenitur curasse. ait ergo. qua- litas est res illa secundum quam denominata mar esse quales. sensus est: qualitas est illa dispositio subiecti: qua ipsam denominatur esse quale. i. disposi- tum ad aliqd agendum vel patiendum. Exempla patet in litera. iste sensus accipitur ex quarto libro metabar- pbysee: ubi eumcrans predicameta reru ait. Sub- stantia est quod qd est: qntitas est mensura substan- tie: qualitas dispositio substantie. ad aliquid est: habi- tudo substantie. etc. et accipit illic dispositionem com- munitatis: non autem prout est pimum genus subalter- ni qntitatis vel speciei eius. In enumeratione sub- alternoz generum immediate positoz sub isto gene- ralissimo: auctor in completis vitur nominibz: et po- stea unum quodlibet illoz diuidit per illa duo q Aristoteles expressit. scilicet regula topica: que speciei in- nominate approbat nome generis: vt supra in .pbe- mio hui opusculi docuit. Dispositio pma spes q- litatis: restringit nome commune ad significandas so- las eas dispositiones: que non innate sunt rei: sed po- stea acquiste per consuetudine pluriu operationum: quales sunt artes: scientie: et virtutes: atqz multe alie qualitates. Virtutes enim et scientie vel artes no in- sunt nobis a natura: vt Aristoteles habet in postreio- ribus et in ethicis: sed ex operationibus frequentatis generantur in nobis. Et quia operationes ex quibz- iste dispositiones acquiruntur in nobis: possunt esse none vel antique. i. a paucis vel a multo tepore: ideo ponit hui generis duas speciei: habitum et disposi- tionem in tertia acceptioe: ita vt habitus sit nome dispositioe acquisite ex antiquis et diuturnis ope- rationibus: que ideo est qualitas firma et radicata in subiecto: atqz no facile auferibilis ab eo: nisi forte gra- dis fieret permutatio et corruptio in subiecto. huius- modi sunt scientie: artes: et virtutes veteranoz et per- fectorum profetoz. Dispositio vero significat quali- tates acquisite ex nouis operationibus: et a paucis tempore. unde et ille sunt facile mobiles. i. auferibi- les a subiecto: quales sunt artes: scientie: et virtutes no- uitioz et nondu pfectoz in sua pfectione. Ex his dis- positionibus dicit auctor q totidem precise sunt spe- cies dispositionis quot et habitus: qa omnis disposi- tio firmiter radicata in subiecto: pus fuit debilitate ei adherens: et facile ab eo auferibilis. Omnis ergo ha- bitus pus fuit dispositio: et ita eisdem nominibus pos- sunt vtreqz species nominari: qnis Aristoteles in se- ptimo libro ethicor faciat discriminem: ponens tres gra- dus cuiuslibet virtutis. scilicet continentiam: temperantiam: et heroicam: et totidem gradus vicij: incontinentiam: im- temperantiam: et immanitatem: et hoc secundu tres gra- dus hominu: incipientiu: proficientiu: et perfectoz: sed gradus continentie et incontinentie possunt dici dis- positiones: gradus alij duo virtutis et vicij habitus dici possunt: sed eoz quidam sunt vt virtutes et vicia humana: alij vero sunt vt virtutes deoz et vicia bestia- ru. Omnia ergo dispositione: auctor diuidit habitum p corporeale et spiritualem. habitum corporealem vocat Aristoteles sanitatem hominis a natura saniti- tas non ita firma et certa: potius est dispositio. idem de infirmitate dicitur: q de alijs omnibus. Unde manifeste colligitur: q non omnis habitus: nec ois qualitas sit accidens realiter distinctum a substantia:

sunt tamen qui negant habitus causari in manibus et pedibus et lingua et oculis. etc. Sed quoniam sit de rebus ad extra: nos hic vocabula coordinamus secundum suos modos significandi et predicandi: questiones autem de rebus ad physica et metaphysica remittam. Sanitas ideo est species specialissima: qa dicitur omni- modam corporis incolumitatem: et ita consistit in indi- uisibili sicut equalitas: sed egritudo est genus subal- ternum: et plurimas sub se habet species: que tamen omnes continentur sub tribus generibus: loquor de egritudinibus simplicibus: nam ex his plurime spe- cies egritudinu compositaru resultant. Sub mala compleione continetur omnes species febriu: vt co- tinua: quotidiana: tertiana: quartana. etc. Sub mala compositione ponunt oes membroru detorsiones. vt tibia: etc. Sub solutione contiuuitatis continetur vulnera in cute: in carne: in ossibus: in neruo. etc. Egritudo composita vocari solet apostema: cui multe sunt species ex medicoru doctrina requirede. Cuiusmodi spiritus animi diuisio clara est p cogni- tum et appetitum. Et preter illas quos species ha- bitus cognitiu: q Aristoteles ponit in .vj. libro ethi- corum: qz virtutes intellectuales appellat: sunt ad- huc: opinio: suspicio: fides: et solertia. etc. Sub scientia spes sunt: scientia realis et sermocionalis: et vtraqz bet tres spes. de sermocionalibus dicitur in .pbe mio hu- ius opusculi. de realibus in sexto libro metabar pbysee dicitur q sunt physica: mathematica: et metabar pby- ca. et preter eas moralis scientia: que etiam tres spes habet: ethicam: politicam et economicam. Dicant etiam q intellectus et sapientie sunt totidem species quot et scientie. Ad prudentiam Aristoteles reducit tres alias: cubuliam: finem et quomin. Sub arte multe spes continentur: que tamen omnes ad septem reduci solent. scilicet lana: nemus: miles. etc. vt supra in probemio. Sub habitu appetitino sunt immediate duo genera: virtus que est habitus bonus: et vicius habitus malus: cuiuslibet eoz sunt plures spes: vt temperantia: for- titudo: iusticia: liberalitas: magnificetia: magnanimi- tas. etc. et ceterum virtuti sunt due spes vicioz contra- rie per excessum et defectu. etc. Macutus de pma spe- cie qualitatis q dicta est qualitas acquisite: et omnia nomina habituu corporaliu fere sunt medicinalia: alia vero fere omnia sunt moralia. Secunde speciei qualitatis definitio est. Qualitas innata a generatio- ne et non postea acquisita: dicitur potetia ad agendum vel ad patiendum. etc. Unde due sunt spes ei subalter- ne: potetia actiua: et potetia passiua: q Aristoteles naturalé potetiam et impotetiam vocat. etc. Poten- tie actiue eloz dici solent in finetie eoz. potetie acti- ue elementoz: sunt leuitas: grauitas: raritas: et densi- do. potetie mixtoz: vt duricies: mollicies: asperitas leuitas: et alie plures: quas Aristoteles explicat in q- rto lib. metabaroz. potetie actiue lapidu: vt magnes attrahit ferru: cristallus multiplicat lac mulieris. etc. potetie barbaru: vt canbarbarum purgat coleram: esopus slegma. etc. potetie metallor: vt auru cofor- tat cor: plumbu contristat. etc. proprie passionis ani- malium: vt risibilitas: rugibilitas: mugibilitas. etc. hec de corporalibus potetis. Potetie anime vege- tatiue generatiua: augmetatiua: nutritiua: attracti- ua: retentiua: digestiua: expulsiua. etc. Potetie anime in-

Santi- tas. Egritudo. Habitus spiritualis. Scientia. Habitus spiritualis. Virtus et vicius. Potetia actiua.

sentire sunt quinque sensus exteriores: vt visus: audi- tus: olfactus: gustus: et tactus: et sensus interiores: vt phantasia: estimatiua: cogitatiua: memoria. etc. Po- tentie anime ronalis sunt intellectus: voluntas: et me- moria. Potetie angeloz sunt motiua: illuminatiua: purgatiua. etc. potetia dei: creatiua: annihilatiua: trans substantialia: suppositiua. etc. Peccatu ori- ginale dicitur esse puram carentiam iusticie originalis pro formali: et naturam humanam p ma- teriali. alij dicunt esse entitate positiuam nature hu- mane superadditam: et in anima concupiscentiam ha- bitualem: in carne vero morbidam qualitatem: que et fomes peccati dicitur: auctor primam opinionem secutus: dicit peccatu originale esse potetiam: nam secunda opinio tenet ipsum esse habitum: sed cum no sit qntitas acquisita ex operationibus: sed potius est qua- litas innata: rectius diceretur vtroqz modo: peccatu originale esse potetiam. Passiones physice sunt qualitates alterate: que obiecta sensuum dici solent: de quibz Aristoteles disputat in secundo libro de ge- neratione: et in secundo lib. de anima. Passiones mo- rales sunt affectiones: et motus appetiui: sensitiu. caru- fer primas species dicuntur esse in appetitu concupis- cibili: alie quos in appetitu irascibili. Et similiter earu effectus in corpore dicitur passionis. i. qualitates no- permanentes: et no sufficetes denominare subiectum: vt rubedo causata in facie ex verecundia: pallido cau- sata ex timore. etc. nam ex tali rubedine nullus dicitur esse rubens: neqz ex illa pallidus pallidus. Hoz no- minu qdam reperuntur in canticis Salomonis. Parte speciei qualitatis: q apud Aristotelem dici- tur forma: et circa hoc aliqd constat figura: paucissi- mi ex commentarij Aristotelis rectam habet intelli- gentiam: quod ex discrimine ab eis positio inter formam et figuram manifestu apparet: sed auctor summularu- timor veritate secur: tale discrimen facit inter eas: q- le in capite pcedit. positu est inter duo genera subal- terna quantitati: q sunt multitudo et magnitudo: na- forma est passio numeri vel multitudinis: figura pas- sio magnitudinis: vt correspondet sibi hinc forma et figura per analogiam. Sicut enim magnitudinis tres sunt species: linea: superficies: et corpus: in quibus omnes figure consistunt: ita forme numeralis tres sunt species: forma linealis: superficialis: et solida siue corpo- ralis. Et considerant iste forme in numeris: quando quilibet numerus sparsim scribit per tot puncta quot unitates habet: nam si ille unitates in directum alie post alias scribantur hoc modo. dicitur forma li- nealis. Si vero fiat descriptio per plures lineas: di- citur forma superficialis: vel triangula: vt. vel qdran- gula: vt. vel altera parte logior. vt. et ita de alijs speciebus: vtz ad formam circularé. Si deniqz huius secunde descriptionis longitudini et latitudini addita fuerit altitudo: dicitur forma solida vel corporalis: vt bis duo bis. ter tria ter. bis tria quater. etc. et huius generis species sunt: forma pyramidalis: cubica: cu- neus: asser: later. etc. figure magnitudinis sole due sunt spes. plana et solida. i. superficialis et corporalis: nulla enim linea est figura: sed superficies: q lineis con- currentibus clauditur: dicitur figura plana: et corpus su- perficiebus concurrentibus clauditur: dicitur figura so- lida. Hoz duoz generum species in litera auctoris

Passio phy- sica. Passio mo- ralis. Forma numeralis triplex. Figura plana et solida.

patent: et quibus scientijs hec dicibilia propria sint: qa mathematicis: arithmetice et geometric. vt termini predicamenti quantitatis accipiuntur in ppositibus scientijs earu: vt subiecta: et termini huius quarté spe- ciei qualitatis: vt earu predicata atqz passioes illorum subiectorum. Absoluta vero coordinatione abstra- ctozum nominu huius predicamenti qualitatis: auctor brevissime se expedit de coordinatione concretorum eiusdem predicamenti: que omnia vocat qualia: dicens: q ea sunt que predicantur denominatione de primis substantijs: et accipiunt suam appellationem secundu hec abstracta supradicta: ad sensum dictu in defini- tione denominationoz: vt concretum qualitatis est quale: et est genus generalissimu in categoria concre- torum. Unde patet q quale sicut et qualitas potest esse nomen p- e et secunde impositionis: in litera auctoris est secunde impositionis: et sic quale idem est q concretu predicamenti qualitatis: sed quando est genus genera- lissimu est nome prime impositionis: et diffinitur sic. Quale est subiectum dispositu ad aliqd agendum vel patiendum. etc. Et etiam iste quatuor sunt spes sub- alterne dispositiu: potes: passibilis: figuratum: et sic consequenter possit pcedi subdiuidedo per oes spes alias vtz ad specialissimas huius categori. Est tamé aduertendum q antiquo Aristotele iudicantur scqnes literam Aristotelis: q habet. qualia vero dicitur que secundum hec denominatione dicitur: vel quomodolibet aliter ab his. etc. notat triplicia esse concreta seu denominatione predicamenti qualitatis: quedam re et vo- ce similia: vt a iusticia iustus: a gramatica gramaticus. alia re qdem sed no voce: et hoc vel qa abstractum est in conuatiu: vt cursor et pugillator: vel qa nome ab- stractu et concretu in voce no conuenit: vt studiosus a virtute. alia deniqz sunt concreta voce tantu et non re: vt studium et studiosus. De primis ergo concretis in- telligitur prima pars diffinitionis qualiu. scilicet secundu hec denominatione dicitur. De secudis vtroqz modo intelligitur altera pars. vel quomodolibet aliter ab his. De tertijs vero non loquitur Aristoteles: qa nul- lo modo dicitur denominatione ab abstractis vere: sed solum appareret. Unde categoria concretoru huius predicamenti sit in concretis duoz modoz pncipaliu: quozum secundus iteru habet duos modos: et ita pa- tet q sunt tres modi sumendi qualia a qualitatibus. Ipse etiam in exemplo de cursore et pugillatore dicit q sunt equea nomina: nam si sua abstracta essent no- mina illarum artium: tunc pertineret ad primam spe- cieem qualis. Si vero abstracta essent nomina poten- tiaru. i. habituaru naturalium ad eredes actus il- los: pertineret ad secunda specieem qualis. Sed auctor in- nioz putant hec esse notissima ex diffinitione denomi- natiuorum: ideo breuitatis gratia: hanc literam ab- stulit vt non necessariam. Ex hac vero Aristotelis lite- ra. qualia vero dicitur. etc. apparet manifeste q ipse in quolibet nouem predicamentoz acciditum intelle- git duas coordinationes. scilicet concretorum et abstractoz: nomini: vt quantitatis et quantij: qualitatis et qlis: relationis et relatiui. et ita de alijs. Verum in quibusda eoz magis expressit coordinationem abstractoz: vt in quantitate et qualitate. in alijs magis coordinatio- nem concretorum: vt in adaliquid et in alijs. semper procedes per notiora nobis. Et quia dictu est q etia

Quale. Concre- tum tri- plex. Cursor et pugil- lator. Corrol- larium pnum.

Handwritten marginal notes in the right margin of the page, including the word 'Quale' and other illegible text.

Corol
larium
secundum

In predicamento substantie notantur duas coordinatio-
nes absolute et differentiarum: clarissime apparet quod
Aristoteles ad minus viginti enumerant predicamen-
ta dicibilia per unam impositionem: noluit tamen in pri-
mo sui operis limine plura quam decem nominare pre-
dicamenta: propter auctoritatem antiquorum philoso-
phorum: ut superius dictum est.

Tertia pars: de proprietatibus
qualitatis.

1. Accidentia qualitatum siue qua-
litas tria ponit solent: duo communia:
et tertium proprium. Prima communitas.
Inest contrarietas in qualitibus: ut
iustum et iniustum sunt contraria: simi-
liter albu et nigrum. Hoc autem non est
proprium qualitatis: sed accidens com-
mune: quia non convenit soli: neque omni
qualitati: figure enim nihil est contra-
rium: neque risibilitati. Est sciendum: quod
si unum contrariorum fuerit quale: reli-
quum erit quale: ut calidum est quale:
similiter et frigidum est quale: et ita de
alijs. Secunda. Qualitas suscipit
magis et minus: ut iustus dicitur ali-
quis magis et minus: similiter calidus
et albus. et ita de multis alijs. Sed hoc
etiam non est proprium qualitatis: quia
non convenit soli neque omni qualitati:
quadratum enim et circulare non dicitur
secundum magis et minus. Tertio.
Proprium est qualitati secundum eam
simile vel dissimile dici aliquid: ut albu
albo simile est: sed albus nigro est dis-
similis. Hec tamen duo nomina simi-
le et dissimile non sunt per se qualitates:
sed potius ad aliquid siue relatiua.

Scholium siue glossa.

1. Nomen qualitatis in hac tertia parte est secunde im-
positionis nomen: et accipit improprie pro quibus: nam ac-
cidentia ista de solis nominibus concretis sunt intelligenda.
Ideo notanter autor recentior in sua littera dicit.
accidentia qualitatis siue quibus. immo potius dicitur
est accidentia quibus: hec enim sola sunt predicabilia de
primis substantijs: que proprie: principaliter: et mari-
me substantiant contrarijs. Subiectum enim horum acciden-
tium est quibus: aut duo priora accidentia non sunt predica-
bile proprium: sed predicabile ceteris: quod et dicitur acci-
dens ceteris. Omne enim proprium vel convenit soli: vel con-
venit omnibus: quod modis ista non conveniunt huic sub-
iecto: nam habere contraria convenit etiam actioni
et passioni: nec convenit omnibus quibus: puta non con-
venit ceteris secunde et tertie specierum huic predicamenti
sed solis concretis prime et tertie specierum: nec tamen eis

omnibus. Item nullis abstractis huius predicamenti
convenit habere contraria logica: quibus res ille que
sunt calor et frigiditas sunt physice contrarie: tamen
hec duo nomina non sunt logice contraria: quia non sunt
in subiecto. i. non predicantur de subiecto villo accidentia
liter: nam de huiusmodi nominibus dicit Aristoteles
in capite de substantie predicamento: quod nec dicuntur de sub-
iecto nomine neque ratione: contraria autem subiecto
insunt: ut dicimus in postpredicamento oppositorum.
Suscipere etiam magis et minus convenit actio-
ni et passioni et quibusdam alijs predicamentis: nec conve-
nit omnibus qualibus. Hec enim nomina risibile: ru-
gibile: circulare: quadratum et alia plurima non dicuntur
de subiectis cum his adverbis magis et minus:
neque abstracta huius predicamenti. Quod autem autor
ait: si unum contrariorum fuerit quale et alterum erit quale.
hoc ideo verum est: quia semper contraria logica de-
bet esse sub eodem genere posita: nec sufficit sub eodem
genere generalissimo et immoto: sed requiritur quod sint spe-
cies sub eodem genere proximo: ut albu et nigrum: sub
colorato: et ita de alijs. Et notandum est verbum Aristote-
lens: si unum contrariorum fuerit quale: et non dicitur qua-
litas: ut innueret contraria esse concreta non abstra-
cta. s. ratione paulo superius posita. Propterea
ergo autor nonnullis abstractis exempla abstracta antago-
ris: et posuit pro eis concreta in his duobus communi-
tatis. Tertia vero est proprietas in quarto modo
proprie: quia convenit quali omni et soli: et intelligenda
est penitus eodem modo sicut tertia proprietas predi-
camenti quantitatis: que ibidem latissime declarata est.
Et addit quod hec duo nomina simile et dissimile cum
suis speciebus non sunt per se qualitates aut qua-
litas: sed relatiua.

Caput septimum: de predicamento
ad aliquid: id est relatiuorum
nominum.

1. Ad aliquid vero ea nomina dicitur
tur: que ex suo modo significandi es-
sentiali cognoscuntur rerum habitudine:
ad invicem: ut pater: duplum: simile.
et: et hec notiori vocabulo dici solent no-
mina relatiua: id est quibus una res ad
aliam refertur siue comparatur. An-
de patet diffinitio huius nominis qua-
do est secunde impositionis: est enim no-
men relatiuum: illud quod formali si-
gnificatione cognoscit rem illam per qua
supponit aliquo modo se habere ad se
vel aliam rem: ut duplum supponit per
aliquo quanto: et cognoscit quod excedit
aliud quantum in ea proportionem: que est
prima inter multiplices proportionem.

2. Ad odas vero predicandi horum dicitur
bitum de primis substantijs est in ad
aliquid. i. denotando habitudinem rei

Ad odas
signifi-
candi

Ad odas
predi-
candi

ad odas
interro-
gandi.
Sed
diffini-
tione

ad aliquid aliud. Unde quando de pri-
ma substantia sit interrogatio: quomo-
do se habet hoc ad illud: apta responsio
erit per dicibilia huius quarti predica-
menti: ut quod est equale aut duplum ad
ipsum. Ex his apparet clarus sen-
sus verborum Aristotelis dicentis in hoc
loco. Ad aliquid. i. relatiua nomina: ta-
lia. i. ea dicuntur in suo modo significa-
di et predicandi: quecumque hoc ipsum
quod sunt: id est quorum modus signi-
ficandi essentiali est: aliorum dicuntur:
id est ad alia referri sub habitudine ge-
nitiui: vel quomodolibet aliter referri
ad aliud: id est sub habitudine alterius
obliqui casus similis aut dissimilis: Ex-
emplum primi: ut duplum dimidij du-
plum: et dimidij dupli dimidij: pa-
ter filij pater: et filius patris filius. Ex-
emplum secundi: ut maius minore ma-
ius: et minus maiore minus: vicinus vi-
cino vicinus: similis simili similis: et
ita de alijs.

Scholium siue glossa.

De ordine huius predicamenti ad alia precedetia: dicitur
mus in principio septimi capitis precedetis: sed de ordine
eius ad sequentia postea dicemus. Diffinitio autor recentior
hoc nomine ad aliquid quando est secunde impositionis:
per suum modum significandi. in quantum est univocum
le: et per modum predicandi de prima substantia: secundum
quod est predicabile: id est facit in omnibus predicamentis:
assumpto themate et modo quem habuit Aristoteles
in predicamento substantie: ubi substantie nomen per se acce-
pit per vocabulis que pro rebus exterius. Ad aliquid ergo
quando est nomen secunde impositionis: et unum est me-
bris diffinitionis decem predicamentorum: significat dicibilia
concreta huius quarti predicamenti. s. denotando eorum
formalem significationem: quale declarat autor in littera:
et ad eundem sensum accipit verba Aristotelis. Intendit
ergo quod etiam Aristoteles in hac diffinitione accepit
ad aliquid ut nomen secunde impositionis per vocabulis.
et non pro rebus: sicut accipit quando est genus gene-
ralissimum huius quarte coordinationis. Illam tamen
particulam aliorum dicuntur: quam autor de rebus significatis
exponit: alij de vocabulis volunt esse intelligendam:
hoc modo. Relatiua sunt nomina que ad alia nomi-
na relatiua referuntur sub habitudine eiusdem obligati-
onis: ut pater refertur ad filium: et contra sub habitu-
dine genitiui: vicinus refertur ad vicinum sub habitu-
dine dativi: maius refertur ad minus et contra sub ha-
bitudine ablativi. et. vel relatiua referuntur ad corre-
lativa sub habitudine diversorum casuum: ut scientia scibi
lis est scientia: sed scibile scientia est scibile: eodem modo
de sensu et sensibili. de causa et causato. et. et hoc inten-
dit cum dicitur: vel quomodolibet aliter ad aliud: sup

ple referunt. Dicit etiam quod sunt duplicia relatiua: Dicit
quedam relatiua secundum esse: alia secundum dici. hec
est: quodam sunt per se relatiua: et alia secundum accidens: ali-
quid. ut prius dictum est de quantitatibus per se et per accidens.
Hec ergo diffinitio ad aliquid: est data a Platone
solis: et convenit utrisque relatiuis tam secundum esse
et prima parte diffinitionis: quam secundum dici et se-
cunda parte. s. vel quomodolibet aliter. Sed Aristo-
teles postea dedit aliam diffinitionem ad aliquid: que
solis convenit relatiuis secundum esse. s. Relatiua sunt que
bus hoc ipsum esse est ad aliquid quodammodo se
habere. Sed hec intelligentia diffinitionis non differt
ab illa relatiuorum proprietate. relatiua dicuntur ad con-
uertentiam: que postea declarabitur. Et verum est quod Ari-
stoteles in hoc capite de ad aliquid ponit quedam de
dicibilia que solum per accidens sunt relatiua: ut scientia et
scibile: sensus et sensibile: manus: caput: ala. et. sed hoc
ut diximus in predicamento quantitatis: ergo se que an-
tiquorum philosophorum: quia nondum bene exploratam
habebant naturam huius predicamenti: immo ipse
Aristoteles fuit valde dubius in hoc capite de ad al-
quid: nam ait. Difficile videtur de huiusmodi diffi-
nere: nisi fuerint sepius pertractata: et dubitare de fin-
gulis non est inutile: ac si dicere vellet: quod ipse in hoc
capitulo magis processerat disputative quam assertive. i.
quam veritatem manifeste determinando.

Alia dif-
finitio.

Nota-
bile.

Secunda pars de coordinatione
relatiuorum.

1. Relatiuorum categoriam neque a Pla-
tone: neque ab Aristotele: neque ab
vltio suorum comentatorum descriptam
inuenimus: quare pro modulo nostre
intelligentie ea formantes: dicimus: quod
eius generalissimum est ad aliquid: no-
men prime impositionis: cuius hec erit
diffinitio. Ad aliquid est res ad se vel ad
aliam aliquo modo se habens: ut homo
pater ad hominem filium: amicus ad
amicum: dominus ad servum: et ita de
omnibus alijs. Huius generalissimi duo
sunt subalterna genera: ad aliquid essen-
tiale: et ad aliquid accidentale. Essentia-
le ad aliquid est res ad seipsam vel ad
alia comparata penes essentiam et natu-
ram suam. Accidentale vero ad aliquid: est
rerum comparatio penes accidentia earum.
Essentialis ad aliquid iste due sunt spe-
cies. id est et differens seu diversum. Idem
dicitur quod a se vel ab alio non distin-
guitur essentialiter. Diversum vero es-
sentialiter: quod ab alio diuisum est: et cor-
respondet sibi ipse iste due species in sua
diuisione. Quelibet namque ipsarum ha-

Ad ali-
quid.

Essen-
tiale

Idem
diffe-
rens.

bet has quatuor species. Idem dicitur numero: specie: genere: et analogia: ut sunt nomina prime impositionis. Idem numero: est res ab seipsa essentialiter non diuisa: quia res est ut Petrus. Contra vero diuersum numero est res ab alia essentialiter diuisa: ut Petrus a Joanne differt numero. id est res ipsa: quia sunt due species. Idem specie est id quod alteri est simile vel equale in forma substantiali specificata: vel est equale in gradu essentialis perfectionis: ut homo homini: equus equo. et. Diuersum autem specie dicitur: quod est alteri dissimile et inaequale in forma substantiali: vel in gradu perfectionis essentialis: ut homo ab equo differt specie: et equus a lapide. et. Idem genere est id quod alteri est simile in materia: que dicitur genus in naturalibus: sicut et forma dicitur species: ut homo: equus et lapis sunt eadem genere physico. Sed genere differunt corruptibile et incorruptibile: ut Aristoteles dicit in decimo methaphisice: ut celestia corpora et angeli differunt genere ab elementis et omnibus mixtis: et similiter accidentia spiritualia genere differunt ab accidentibus corporalibus. Idem analogia est res alteri conueniens et proportionalis in modo se habendi: ut serenitas in aere: et pax in regno vel ciuitate hominum. similiter oculus in corpore et intellectus in mente: sunt eadem analogia. Diuersum analogia est id quod alteri non proportionatur in modo se habendi: ut ars nauigandi et ars scribendi. similiter pes in corpore: et voluntas in mente. Hec de prima specie ad aliquid que dicitur ad aliquid essentialis. Ad aliquid accidentalis possent octo poni species: secundum numerum aliorum predicamentorum accidentalium a predicamento ad aliquid. scilicet ad aliquid secundum quantitatem: secundum qualitatem: secundum actionem: passionem: ubi: quando: situm et habitum. Sed quia Aristoteles de quatuor ultimis predicamentis fere nihil tradidit in opusculis suarum categoriarum: sed neque in quin-

to libro sue methaphisice fecit ullam mentionem de rebus in eis fundatis: ideo hic quatuor species ad aliquid accidentalis curiosius enumerabimus: alias vero quatuor vel in transcurso tantum genus. Ad aliquid secundum quantitatem est res ad aliam comparata penes quantitatem continuam vel discretam: que comparatio alio nomine proportio dicitur: estque habitudo unius quantitatis ad aliam sui generis ut multitudinis ad multitudinem: et magnitudinis ad magnitudinem. Proportio due sunt species: equalitas et inequalitas. prima earum est specialissima. Inequalitatis iterum due sunt specie. Proportio rationalis et irrationalis. id est numeris et non numeralis. Rationalis proportionis he quinque sunt species: multiplex: supparticularis: suppartiens: item multiplex supparticularis: et multiplex suppartiens. Et sub quolibet horum generum plurime sunt species: tum specialissime tum et subalterne: que ex primo libro arithmetice Boetij sunt requirende. Ex proportionibus sunt proportionalitates: quarum species sunt. proportionalitas arithmetica: geometrica: arithmetica: et alie plures. de quibus vide in secundo libro arithmetice Boetij. Irrationalis proportionis due sunt species subalterne. scilicet irrationalis in longitudine solui: et irrationalis in longitudine simul et in potentia: et horum generum innumere sunt species specialissime: ex sexto libro geometrie Euclidis cognoscende. Hec de prima specie ad aliquid accidentalis. Ad aliquid secundum qualitatem est comparatio unius rei ad aliam secundum qualitates earum. Huius generis due sunt species subalterne: similitudo et dissimilitudo. Et cuiuslibet earum quatuor sunt species: iuxta quatuor species qualitatis. scilicet similitudo et dissimilitudo secundum dispositionem: secundum potentiam: secundum passionem: et secundum figuram: et sub qualibet istarum dari possent tot species quot posite sunt in speciebus qualitatis.

Ad aliquid

Ad aliquid secundum actionem: est res que ad aliam se habet active. id est que agit in aliam. Contra vero ad aliquid secundum passionem: est res que ab alia patitur. Et secundum varias species actionum et passionum (quas in suis locis enumerabimus) sumerentur diuersae species horum generum. ut secundum actionem naturalem: pater et filius: creator et creatura: causa et effectus. et. Secundum actionem voluntariam: dominus et seruus: magister et discipulus: prelati et subditi. Huc accedunt actus et potentia: materia et forma: signum et signatum. et. Ad aliquid secundum ubi: quinta species: est de comparatione unius rei ad aliam secundum locum: ut superius: inferius: anterior: posterior: et cetera. Huius generis et aliorum trium sequentiam species: omnes fere sunt nomina comparatiua et superlatiua: et sumi debent ex illorum predicamentorum speciebus inferius declarandis. Ad aliquid secundum quando: est de comparatione rerum secundum tempus per modum distantie: ut iunior: senior: antiquior: recentior: coeui: coetaneus. Ad aliquid secundum situm: est res ad aliam relata secundum ordinem partium in loco: ut erectior: curuior: prior: reclinatior. et. Ad aliquid secundum habitum: est comparatio rerum secundum vestes earum: ut ornatio: armaratio: compositio. et. Patet ergo tota fere categoria relatiua: et nominum prime impositionis: estque hec omnium categoriarum latissima: in qua et omnia predicamenta: et omnes scientie conueniant: quare iuste poterat hoc predicamentum poni decimum: et omnium aliorum vltimum.

Scholium sive glossa.

Nullum est predicamentum in quo Aristoteles minime dixerit de categoria suorum dicibilium: quam Aristoteles predicamentum ad aliquid. Nam in hoc capite potest esse ad aliquid large accepti diffinitione et mente antiquorum: intendit eius reprobationem: quia secundum illam plerumque nomina aliorum predicamentorum: ut scientia: sensus: caput: ala. et. essent ad aliquid: quod

de per se non est verum: et patet quod ille due proprietates habere contrarium et suscipere magis et minus: solis conueniunt relatiuis per accidentia: et non per se. Quare Aristoteles posita alia meliore diffinitione ad aliquid proprie accepti. scilicet pro solis relatiuis per se: statim posuit eorum proprietates: et de coordinatione nihil fere dixit. Quare expositores eius: quasi inlites sine duce: errantes huc atque illuc: nihil sapientibus dignum super hac coordinatione nobis tradiderunt: excepto isto Petro Hispano recentiore: qui hanc secundam partem addidit huic capiti de coordinatione relatiuorum: que sunt nomina prime impositionis et relatiuorum realium. Nam illa tribus diuisio relatiuorum: quam antiquior Petrus posuit: quod alia sunt relatiua expectantia: alia superpositionis: et alia superpositionis: et cetera secuti sunt Buridanus et Paulus Venetus: et ceteri omnes logici post eos: non est in species huius predicamenti: cum. n. sit diuisio huius nominis ad aliquid: quando est secunde impositionis nomen: ille species pertinet ad predicamentum secundarum intentionum: non autem ad hoc predicamentum: cuius generalissimum est ad aliquid prime impositionis: quare species eius omnes debent esse nomina prime impositionis: quia de solis illis egit Aristoteles in decem suis predicamentis. Tercius ergo Petrus iste coordinatione relatiuorum: generalissimum ad aliquid in primis diffiniuit pro rebus: non pro uerbis: ut superius in prima parte: et ponit hanc diffinitionem distinctiue: ad se: vel ad aliam rem: quia non omnia relatiua nomina referunt unam rem ad aliam: nam hoc nomen idem relatiuum est: et tamen eorum ad se ipsam referunt. Et hoc modo acceptum ad aliquid est transcendens in supponendo: quamuis habeat formalem significationem limitatam. Quilibet enim res totius mundi est ad aliquid: id est ad se vel ad aliam se habens aliquo modo. Supponit ergo ad aliquid pro omnibus rebus mundi sicut et illa nomina transcendetia: ens: unum: verum: bonum: tamen Aristoteles non ponit ad aliquid esse transcendens: quia habet modum significandi essentialis formalem unius tantum predicamenti. est enim nomen non absolutum sed cognotatum: non intrinsece sed extrinsece: modo distincto a quantitate: qualitate et ab alijs predicamentis. Duas ponit species subalternas immediate sub generalissimo ad aliquid: quia duobus modis potest una res ad aliam se habere: vel etiam ad se: scilicet vel penes essentiam suam: quod sit eadem vel diuersa: maior: vel minor: vel equalis in gradu perfectionis essentialis: que essentia alterius rei. Potest etiam comparari penes dispositiones accidentales: ut si in eis conueniat vel disconueniat cum alia re. et. Et quia idem et differens sunt opposita: totidem species habet unum eorum quot et alterum hoc est quaternas species. et. At quia supra in secundo huius libelli in capite de genere eadem duo nomina fuerunt diuisa in ternas species: aduertant lectores: in loco illo hec duo nomina idem et differens fuisse secunde impositionis nomina: et pro uerbis accepta: sed in hoc loco sunt nomina prime impositionis et pro rebus accipiuntur. Hoc discrimen inuenire uoluit autor duobus modis. Primo: quia metrum ordinem hinc et inde permutauit: incipiens hic ab identitate numerali: illic a generica. Secundo:

3



consequentia convertibilis: et hoc est relativa esse simul natura. Per oppositum dicitur Porphyrius quod genus est natura prius sua specie: quia a genere ad speciem non convertitur subsistendi consequentia: quia a specie ad genus erat bona consequentia. sed de hoc modo dicitur de potentate naturali terminorum: in secundo libello huius in commentario septimi capituli: scilicet quod est duplex: in significando: et in consequendo. Quibus ergo inter duos terminos consequentia subsistendi sit convertibilis: si tamen in significando unus eorum fuerit altero natura prior: ut species suo proprio: non dicatur illi termini simul natura. nomina ergo correlativa et in significando et in consequendo equiparantur. Sunt ergo simul natura: quia neutrum eorum est magis aut minus cognotatum altero: et inter ea est convertibilis subsistendi consequentia: que ut dicitur: potest fieri duobus modis. si enim fieret per propositiones de est secundo adiacente: non conveniret omnibus relatiuis: nam ista consequentia non est bona: prius est ergo posteriori: et contra loquedo de priori et posteriori secundum tempus: sed per propositiones de est tertio adiacente: ubi prius et posteriori predicatur de termino transcendente in supponendo: consequentia subsistendi tenet in omnibus relatiuis. ut aliquid est prius: ergo aliquid est posteriori. et e contra: quia subiecta ampliat et utraque propositio est vera. Hec tamen relatiuorum secundam proprietatem. Per hunc modum autem intendens declarare et ampliare: dicitur: tertia proprietate. quod relativa posita se ponunt: et precepta se perunt. Item dicitur relatiuum per propositionem de subsistendo affirmatiuum veram: per mutationem vero per propositionem de subsistendo negatiuum veram. Est ergo sensus: quod subsistendi consequentia est convertibilis inter correlativa tam affirmative quam negative. sed hec in sententia non est alia proprietate tertia: sed est declaratio secunde. scilicet quid est relativa esse simul natura. Tertia ergo proprietate relatiuorum in ordine sit hec. Si quis diffinitio cognouerit. et datur ratio: quia utriusque relatiuorum nomen ponitur in diffinitione alterius: ut pater est qui genuit filium: et filius est qui genuit a patre: dominus est qui sub se habet seruum: et seruus est qui supra se habet dominum. Et hoc modo dicitur Porphyrius: quod genus et species sunt a huiusmodi nomina correlativa: et per se ipsa ad invicem diffinita: ut genus est cui supponitur species: et species est que ponitur sub genere. unde subdit quod necesse est in verorum rationibus utriusque: que verba uterque Petrus et Porphyrius non est Aristotele verum. Aduertendum tamen quod nomen relatiuum duobus modis potest diffinitum. primo per suam correlatiuum modo predicto: et ad hoc sententia hec proprietate pari dicitur a prima. quod relatiua dicuntur ad conuertentiam. id est mutua dependetiam sine intelligentiam per cuius obliquos sibi invicem mutatos: et probatio huius proprietate est data: quia correlativa nomina vel sunt relatiua eggerantia. ut vicinus et vicinus: similis et similis. et illa cum sint synonima similes habent diffinitiones: et ita cognita una eorum: facile est alteram cognoscere: vel relatiua sunt superpositionis et suppositionis: ut duplum et dimidium: pater et filius: dominus et seruus. et.

Du pke potas

Relati na se se ponit acy re mouet.

Duo b mo dis dif finit

et tunc diffinitio unius relatiui est oratio verbi acti in alterius vero diffinitio est oratio verbi passivi. ut patuit in exemplis patris et filii: domini et serui. modo secundum regulas artis grammatice facile est orationes verbi activi convertere in orationes verbi passivi. ut homo comedit panem: ergo panis comeditur ab homine. Cognita ergo diffinitio de relatiui superpositionis que est verbi activi oratio: facile est cognoscere diffinitionem relatiui suppositionis: que est oratio verbi passivi: ergo diffinitio relatiui per suam correlatiuum: si quis diffinitio cognouerit unum relatiuorum: diffinitio cognoscere potest et reliqua. Sed quia hic modus diffinendi relatiua nomina est defectuus: et declaratur ignotum per ignotum: sitque circulatio in diffinitionibus: ideo alii melius dicit: quod nomen relatiuum diffinitur per suum fundamentum in recto: et per fundamentum sui correlatiui in obliquo: ut pater est viuens: quod de sua substantia genuit aliud viuens: et tunc etiam habita diffinitione unius relatiui: facile est cognoscere diffinitionem alterius correlatiui: ut filius est viuens genitum ab alio viuente ex sua substantia. Simile est quale dispositum sicut aliud quale. consimile est quale dispositum sicut aliud quale: ita dicitur de alijs omnibus relatiuis et correlatiuis.

Caput octauum: de predicamentis actionis et passionis.

Am vero alia sex predicamenta breuiter transigamus: nam et Aristoteles de illis paucissimis verbis se expressit. Actionis vero et passionis duo predicamenta sibi ipsis correspondent: eo quod in naturalibus omnis actio sit passio: et contra: ut dicitur in tertio libro physicorum. Ad hoc igitur significandi essentialis formalis dicibilium abstractorum predicamenti actionis: est cognoscere rem pro qua nomen supponit: esse ab agente productam: e contra vero: ad hoc significandi passionis est cognoscere rem illam esse in aliquo receptam: ut calefactio actiua est calor ab igne productus: sed calefactio passiuua est idem calor in aqua receptus.

Ad hoc igitur predicandi horum concretorum de primis substantijs est in agere vel pati aliquid aut aliqualiter: ut petrus est docens. Petrus est calefactus. Et per huiusmodi concreta apte respondemus ad interrogationes quid agit: vel quid patitur: formatas de prima substantia. Unde patent diffinitiones actionis et passionis: quando sunt no-

ad hoc significandi

ad hoc predicandi

mina secunde impositionis logicę: et per vocabulis accepta.

Scholium sine glossa.

Circa sex vltima predicamenta: Aristoteles fuit brevissimus et valde concisus: nam pro predicamentis actionis et passionis duas tantum eorum proprietates vel potius communitates expressit: de alijs vero quatuor vltimis: penitus nihil dicit: pro id quod in enumeratione decem predicamentorum exempla rider dicitur. Sed Gilbertus quidam doctor Parisiensis: in supplementu huius operis categoriarum: quasi in actum et imperfectum libellum edidit per se proprium: id est generalissimorum: que Aristoteles pretermittit: haud secus quam si quis commisitram parisi rudis conficeret in vestem opusculum: nam doctor ille nec logicę: nec a mente Aristotelis ser vltima predicamenta pertraxerat. Autor vero summularum recentior dicit se velle agere de eisdem sex predicamentis logicę solum: brevissime transcurrendo. Huius sui intentionis signum est: quod duo predicamenta actionis et passionis sub vno capite complexus est: scilicet breuitatis gratia: et etiam quia hec duo predicamenta sibi ipsis correspondent. In vocabulis: et in re significatur: ut statim apparebit. Et in ore solito in alijs predicamentis addidit primam partem huius capituli de modis significandi et predicandi horum dicibilium: ut diffinitur actione et passione quando sunt nomina secundum impositionis: et in quantum sunt vniuersalia: et in quantum predicabilia: ut actio sit dicibile abstractum cognoscens rem pro qua supponit: esse ab alio productam. et passio sit etiam dicibile abstractum cognoscens rem per qua supponit esse in alio receptam: ut calefactio actiua supponit pro calore et cognoscit ipsum esse in aqua vel in alio corpore receptum. Quare nomina concreta horum predicamentorum que sunt agens et patiens: cognoscant subiectum aliquid producere aut aliquid in se recipere: vel aliqualiter de nouo se habere: qualiter prius non se habebat. Abstracta horum duorum predicamentorum sunt nomina verbalia: ut motus: mutatio: generatio: circuitus: et cetera. Littera vero sunt verba vel participia: ut doceo: curro: doces: currens. et cetera. Sed quia apud sapientes et philosophos visitatiora sunt nomina abstracta: que eorum concreta. ideo generalissima horum predicamentorum poni solent actio et passio nomine sine impositionis: quibus Aristoteles dicit agere et pati: quia sepius ipse vitatur concretis pro abstractis: et contra.

Secunda pars de coordinatione actionis et passionis.

Actio genus generalissimum: hoc modo diffinitur. Est res ab alio producta: secundum quam et ipsum agens vel agere dicitur: ut calor ab igne productus in aquam: dicitur eius actio: a quo et ipse dicitur calefacere: vel calefaciens eam. Passio vero est eadem res

in alio recepta: et ab ea ipsam denominatur esse patiens vel pati: ut calor in aqua receptus est passio eius: a quo et ipsa dicitur calefieri vel calefacta esse. Eadem enim res est actio et passio: ut Aristoteles dicit: sed est actio ut ab hoc: et est passio ut in hoc. Actionis hec duo ponimus subalterna genera: que sunt: actio naturalis et successiua: actio supernaturalis et instantanea: quorum diffinitiones clare sunt. Actionis supernaturalis plurime possent fieri species: sed nos ex factis eloquijs has quatuor cognouimus: creationem: annihilationem: creature assumptionem: que et in carnatio dicitur: et transubstantiationem. Actionis naturalis et successiue: sunt due species: actio libera: et actio physica seu necessaria. Actio libera est actio hominis vel angeli a voluntate deliberata procedens: et huius due sunt species: factio artificialis: et actio moralis. Factio artificialis: et actio moralis: et actionis varie species sunt secundum diuersitates artium mechanicarum: ut sectio: dolatio: malleatio: edificatio: sutio: et cetera. Actionis moralis tot sunt partes quot et prudentie: vel scientie moralis: ut consultatio: sententia: iudicium: predicatio: lectio: meditationis: litigatio: proditio: et cetera. Actionis physice: que et motus dicitur: quatuor sunt species: scilicet motus ad substantiam: ut generatio et corruptio: nutritio: digestio. et cetera. Ad motus ad quantitatem: ut augmentatio diminutio: rarefactio: condensatio. et cetera. Ad motus ad qualitatem qui proprie dicitur alteratio: ut calefactio: humectatio: dealbatio. illuminatio. et cetera. Ad motus ad vbi qui et latio: ut circuitio: ambulatio: ascensio: descensio: progressio. et cetera. Hec de coordinatione abstractorum predicamenti actionis. Passio nis autem species tu subalterne tum et specialissime: eadem et tot precise sunt quot posuimus species actiois in nominibus abstractis: que semper sunt nomina verbalia. et illa fere omnia deriuantur

Actio diuina.

Actio naturalis.

Ad motus.

Physica vel motus. Generatio et corruptio. Augmentatio et diminutio. Alteratio. Latio.

Handwritten marginal notes in a cursive script, likely from a different hand or a later addition, discussing philosophical or scientific concepts related to the text.



a sapinis que simul actionem et passionem significant; eadem ergo nomina abstracta equivoce tamen accepta; possunt esse de predicamento actionis et passionis; ut calefactio est vel qua ignis calefacit; vel qua aliud corpus calefit; et ita de alijs. Concreta vero horum abstractorum non eadem sunt in predicamentis actionis et passionis; ut a calefactione; ignis denominatur calefaciens; et aqua calefacta. Ergo generalissimum concretorum predicamenti actionis est agens; et in predicamento passionis est ly patiens. Horum generum subalterna sumenda sunt ex ipsis speciebus abstractorum vtriusque coordinationis

Scholium sine glossa.

Actio genus generalissimum ab autore communis accipitur; ab Aristotele et ab alijs philosophis accipi solet. Ad enim pro sola actione temporanea et successiva; que et motus dicitur; actionem accipiunt. Theologi autem non solum mutationes physicas et morales considerant; sed etiam actiones supernaturales et instantaneas dei et angelorum; quales sunt creatio; incarnatio; purgatio; illuminatio; perfectio; et alie plures; immo intra ipsam divinam essentiam ponunt generationem; processionem; immutabilitatem; aspirationem. Debit ergo ante theologus actionem communis accipere et predicamentum actionis dilatare; ut non solum dicibilia physica et moralia; sed etiam theologia comprebenderet; et correspondenter predicamentum passionis dilatare; quod omnino fere actio unus est passio alteri; quia eadem forma que ab uno producit; in altero recipitur; si tamen sit receptibilis. hoc dico propter creationem angelicam; que est actio dei; et nullus est passio; quia in nullo recipitur; nisi forte ipsemet angelus creatus dicatur creatio passiva. Nec curant autem quorundam realium phantasias; qui ponunt quod actio et passio sunt res distincte. Respectus duo fundati in forma ipsa que producit ab agente et recipitur in patiente. Et tamen inmensus est verbus et sententia Aristotelis; que in tertio libro suorum physicorum expresse dicit quod actio et passio est eadem res; tamen diversis rationibus; quia est actio ut ab hoc; et passio ut in hoc; sicut eadem est via euntis et reduntis; eadem scala est ascensio et descensio; et insuper ait quod actio non est in agente sed in patiente; quod verbum non possit esse verum de respectu illo confecto. Ad sunt autem duo subalterna actionis; vocabulis complectis expressa; propter defectum incompletorum; quod etiam in predicamento ad aliquid; et in alijs pluribus factam; concedere hoc ipsi Aristotele in capite de ad aliquid. Actio instantanea supernaturalis; est a solo deo facta operatio; sine ad intra sine ad extra; quia res ipsa tota simul producit et non successiva; pars post partem; qualis est actio naturalis ab agente creatoris; que ideo dicitur actio temporalis et sic

cessiva. Actionis supernaturalis species autem eas solas possunt quas deus habuit extra se ad creaturas; cum sint omnibus notissime; eas vero quas intra se habet; que et processionem divinarum personarum dicitur solent; ut innascentibus; generatio activa et passiva; solis theologis christianis notas autem subtrahunt in opere omnibus indifferenter proposito; quoniam ille species reuera sunt ponende in his duobus predicamentis. Actio successiva et temporalis proprie species sunt; actio voluntaria libera; et actio naturalis necessaria; ex secundo libro physicorum accepte sunt. sed actionis libere due species; actio et factio; ex secundo libro ethicorum; ubi agitur de prudentia et de arte. Actionis naturalis et necessarie quatuor species ex quinto libro physicorum; et ex postpredicamento motus manifeste sunt. Et sub qualibet illarum due poni possunt species. Acquisitionis et deperditionis; nam mutatio ad substantiam acquisitionis dicitur generatio; deperditio est corruptio. Ad quantitatem mutatio acquisitionis est augmentatio; deperditio est diminutio. Similiter est dabilis alteratio acquisitionis et deperditio qualitatis; quibus non sunt imposita nomina incompleta; et sub qualibet earum sunt tot species quot et genera subalterna predicamenti qualitatis. Unde ad primam specie pertinet; intellectio; volitio; cogitatio; imaginatio. Et ad secundam specie qualitatis nulla est mutatio; quia naturales potentie rerum sunt ab eis inaufribiles. Ad tertiam specie qualitatis maxime fit alteratio; ut visio; auditio; gustatio; olfactio; et palpatio. Et in figuris denique rerum accidentalium continue sunt alterationes; que et transformationes vel transfigurationes dici solent. Mutationis ad ubi localis in litera declarant species varie. Et que admodum in predicamento qualitatis Aristoteles post coordinationem abstractorum notavit aliam coordinationem concretorum; ita etiam in predicamento actionis potest fieri coordinatio concretorum; que denominative dicantur ab illis abstractis; ita ut generalissimum eorum sit agens; et sub eo ponatur species subalterne et specialissime; ut in abstractis; scilicet formando ab eis concreta. Ad dicit autem quod in abstractis predicamenti passionis est eadem et penitus similis coordinatio; qualis posita est in predicamento actionis; nam sicut est generatio activa; ita est generatio passiva; et similiter corruptio; augmentatio; alteratio; et omnia hic repetenda sunt et eodem ordine ponenda sicut in predicamento actionis; nam hec abstracta omnia fere sunt nomina verba declinabilia in io; et formata ab ultimo supino verborum; quod et actionem et passionem significat. Illa ergo eadem abstracta nomina sunt ponenda in utroque predicamento actionis et passionis; equivoce tamen accepta; propter secundam regulam antepredicamentalem. Diversorum generum diversae sunt species. Et cetera. Et propter dictam eorum equivocationem; fit ut eorum concreta hinc et inde sint varia; nam concretum calefactionis active est calefaciens; sed concretum calefactionis passive est calefactus; et ita de omnibus alijs. Et Quamvis ergo in abstractis sint penitus similes iste due coordinationes; in concretis tamen varie sunt iste due coordinationes ratione iam dicta; sunt tamen proportionales totidemque specierum precise una eorum sicut altera.

Tertia pars de proprietatibus actionis et passionis.

Quoniam concretorum nominum in predicamento actionis et passionis; duas possunt Aristoteles communitates. Prima est. Recipiunt agere et pati contrarie tate; ut calefacere et frige facere sunt contraria. Similiter calefieri et frige fieri; letari et tristari et ita de alijs. Secunda. Agere et pati suscipiunt magis et minus; ut calefaciens dicitur aliquid magis aut minus alio. et similiter calefactum dicitur aliquid secundum magis et minus; et delectari atque tristari aliquem contingit magis et minus. Ad dicit autem Gilbertus tertiam; que est proprietas. Actio ex se infert passionem; et passio infertur ex actione; sed hoc ipse de rebus intelligebat; quas et distinctas esse opinabatur.

Scholium sine glossa.

Quo prima accidentia non sunt propria his subjectis; agens et patiens; vel agere et pati quando sunt nomina secunde impositionis; quia nec omnibus nec solum concretis horum predicamentorum conveniunt; ut etiam in predicamento qualitatis declaratum est; ubi similiter iste due communitates posite sunt. Secare. n. et terere; vni et secari; non habent contraria. Item legere; edificare; scindi; et frangi non proprie dicitur secundum magis et minus. Tertia vero que dicitur proprietas; si de rebus intelligatur; non facit ad propositum huius libelli; sed pertinet ad physicam scientiam realem; in ea ceteretur esse falsa; quia ut Aristoteles docet in tertio libro suorum physicorum; actio et passio est una et eadem res; non autem due; quarum una ab alia procedat vel inferat. Si vero preter intentionem Gilberti de vocabulis intelligeretur hec proprietas; scilicet accipiendo inferre et inferri logice pro consequentia; tunc sententia esset; ad propositionem de verbo aut participio activo; sequitur vel inferitur propositio de verbo vel participio passivo; ut ignis calefacit aquam; ergo aqua ab igne calefit; sed in hoc sensu hec non erit proprietas; quia non solum actio non conuenit inferre; nec solum passio inferri. nam eque bene ex passione inferat actio sicut et contra. sequitur. n. bene; aqua calefit ab igne; ergo ignis calefacit aquam. Quare Gilbertus ille confusione plenus; propriam vocem ignoravit. Denique vero horum duorum predicamentorum vocabula fere omnia sunt physica; nam illa proprie est scientia de rerum mutationibus; que sunt actiones et passionem rerum naturalium. Invenit tamen hic nonnulla vocabula moralia et quedam theologalia. Ad mathematica vero nomina; vix vlla reperies in his predicamentis.

Caput nonum; de predicamento quando; ubi; situ; et habitu.

Modus significandi essentialis formalis dicitur l. 1. lum abstractorum septimum predicamentum. s. quoniam ab hoc dicitur est denotare rerum durationes seu moras; ut tempus; signum; annus; dies; hora. Concreta vero nomina cognoscendi et tantis pro quibus supponunt; esse durabilia in tempore; ut hodie esse; cras fore. Et cetera. Unde patet distinctio huius vocabuli quando; prout est logica et secundum de impositionis. Ad dicit enim distincti per modum significandi in ratione universalis; et per modum predicandi in ratione particularis. Ab abstracto huius predicamenti generalissimum est tempus; vel duratio sine mora. s. mutationis rerum. huius generis tres sunt species subalterne; preteritum; presentium; et futurum. Preteritum species sunt olim; pridem; dudum; heri; pridie. Et cetera. Presentis etiam species sunt nunc; modo; instans; hodie; iam. Et cetera. Sub futuro species sunt cras; postea; postmodum; tunc; et alia adverbia temporis; atque etiam quedam nomina; ut annus; dies; mensis; hora; instantis. Et cetera. Concretorum huius predicamenti generalissimum ponitur fore; quando; quod. Aristoteles interpretatur esse in tempore; vel existens in tempore. Unde iuxta abstractorum coordinationem; tres sunt huius generis species subalterne; quod fuerit; quod est; quod erit. Sub quibus tribus ponetur species specialissime; ut existens in tali die; mensis; vel anno; ante etate. Et cetera. Quatuor dicitur sine sunt nomina; sine participia; vel adverbia. Post duas coordinationes de non habere contrarium; nec suscipere magis aut minus; addidit Gilbertus tertiam proprietatem; que quando est in omni eo quod incipit esse in tempore; que de rebus intellecta non facit ad propositum. Si autem de terminis loquatur; parum differt a generalissimo concretorum huius predicamenti.

Scholium sine glossa.

Quatuor ultimorum predicamentorum vocabula magis sunt vulgaria quam scientifica; que Aristoteles consilio ea non curavit describere; qui sola scientifica intendebat ordinare in sua logica de modo sciendi. Verum inter hec quatuor; predicamentum quando magis accedit ad physicam disciplinam; que sicut de motu; ita et de tempore disputat; eo quod sit mensura motus; ideo in re ponitur hoc predicamentum septimum in ordine; ut preceat alia tria. Et brevitatis gratia autor ea omnia colligit in eodem capite nono huius libelli. Erunt ergo quadripartitum. In prima parte tria brevissime tangit de predicamento septimo. s. significationem; coordinationem; et accidentia eius; eundemque modum observabit in vnaquaque aliarum partium; circa alia tria predicamenta. Et modo significandi et predicandi abstractorum et concretorum vocabulorum huius predicamenti facile potest elici distinctio huius nominis quando; prout est dicibile secunde impositionis logice; est enim dicibile coordinabile prime impositionis; quod in abstracto cognoscit rerum durationem sive tempus et moram. In concreto vero cognoscit res esse in tempore sine mensurari tempore quantum ad suas operationes; ut hodie esse; cras fore; heri fuisse; et hec concreta predicant de primis substantijs; eas esse in tempore hoc vel illo; Ab abstractorum generalissimum. s. tempus; autor non diffinit; sed ex quarto libro physicorum Aristotelis supponit eius distinctionem; que sit mora vel mensura motus secundum prius et posterius. i. quantum ad partes successionis eius. huius generis species subalterne

ternas & specialissimas: ex eodem libro Aristotelis accipitur: ubi de tempore disputavit latissime. Concretorum vero generalissimum: quando Aristoteles ipse in categoriis diffinit: quod sit res in tempore existens...

Sectus tertius pro betatis

Secunda pars: de predicamento: ubi.

Modus significandi essentialis formalis dicibili abstractorum octavi predicamenti: est denotare rerum loca in quibus ipse continentur: ut domus: sedes: cathedra. etc. Concreta vero eorum cognoscantur esse in locis suis: ut cristes in domo: in cathedra: etc.

predicamento posita sunt: tertia proprietates quod ubi est in omni eo quod continentur loco. Sed hec similem habent defectum: ei qui dicitur est in tertia proprietate predicamenti prececessit sine glossa.

Postquam ponitur ubi: propter similitudinem proportionalem dispositionem vtriusque predicamenti: nam declarato modo significandi et predicandi vocabulorum octava predicamenti: autem intelligi vult diffinitionem ubi: put est nomen secunde impositionis logice: est. n. ubi dicitur parte impositionis: cognoscens rem pro qua supponit esse locum alteri: vel esse locatam ab alia: ut domus: vel cristes in domo: et quando predicatur de prima substantia: denotat eius localitatem: ut de trusce in domo. Secundum genus abstractorum huius categoriæ est locus: cuius diffinitionem autem supponit ex quarto libro physicorum Aristotelis. Est. n. locus extremum corporis continens in se aliud corpus: quod et locatum dicitur. Eius spes subalterne ser ponuntur proprie: ab eodem Aristotele accepte et secundo libro de celo et mundo. Sed preter eas sunt etiam intus et foris seu foras: et quedam alia aduerbia loci atque etiam nomina locorum: ut domus: vicus: civitas: oppidum: rus: Roma: Venetia: Toletum: Burgi. etc. Concretorum generalissimum est ubi acceptum nominatim: et cristes in loco: et habet totidem spes quot et locus: ut patet in litera. Accidentium duo prima sunt intelligenda sicut in precedentibus: et sunt propria secundo modo: nisi forte quis vellet contendere inversum et deorsum esse contraria. Similiter deorum et finis hinc inde: retro: intus et foris. etc. quia tunc non habere contrarium: nullo modo esset proprium ubi. sed accidens commune. Comparatiua vero superius: inferius: et alia quæ ex terminis huius predicamenti formaruntur: non sunt in hac coordinatio: sed in predicamento ad aliquid: ut ibidem notatum est: eodem modo dicendum sunt in predicamento quando de suis copariatiuis. Tertia proprietates ex Gilberto accepta: si intelligatur de rebus: non est ad propositum: si de vocabulis nihil aliud sonat quam genus generalissimum concretorum: id est ubi semper supponit pro eo quod est in loco: et cognoscit ipsum esse locatum.

Tertia pars: de predicamento: situs.

Modus significandi essentialis formalis noni predicamenti: quantum ad dicibilia eius abstracta: est cognoscere ordinem partium rei in loco existens: ut sedes: status: accubitus. etc. Concreta vero eorum denotant rem habere partes sic ordinatas: ut sedes: stans: iacens. etc. unde facile eliceretur diffinitio huius nominis situs: put est nomen secunde impositionis logice. Generalissimum abstractorum huius predicamenti est positio vel sit: quod est prime impositionis nomen. Est autem positio vel situs ordinatio partium integralium totius cristes in loco: ut patet in homine sedente in cathedra: cuius manus: brachia: tibie: et pedes: alium ordinem habent in eo: quod dum stat vel dum iacet. Huius generis prime spes inominatæ sunt: possumus autem has duas ponere situm naturalem: et situm accidentalem. Situs naturalis est ordinatio partium rei que sibi conuenit secundum erigentiam nature sue: ut quod homo sit bipes et erecte figure: bestie terre sint quadrupedes et prone deorsum: arbores habent radices deorsum: et ramos sursum: ita de aliis rebus naturalibus. unde patet plures species huius generis subalterne: ut erectio: præmitas: radiatio. etc. in rebus vero inanimatis: asperitas: leuitas: raritas: densitas: denisitas: dicitur: et alie plures. Situs vero accidentalis est ordo partium non insitutus a natura: sed a voluntate: ab arte: a lesionem: vel ab aliquo casu sortuito. unde patet varie species eius: a voluntate vel appetitu: ut stare: sedere: iacere: eclinari. etc. ab arte: ut variis sitis constanti: aliorum: a lesionem: ut tetanus: spasmus: varitas: stunitas. etc. a casu sortuito sunt varia monstrorum genera. Concretorum huius predicamenti generalissimum est situatum. eius spes et abstracta super dictis locibus positi: et sub eis desederetur ad specialissima per nomina: verba: et particula. Huius predicamenti accidentia quatuor ponit solent. prima duo non habere contrarium: nec suscipere magis et minus in sua predicatio: et super dictis nominibus sunt: Tertia vero proprietates: quod situs vel positio prime assistit instanti: quia denotat partes rei que sunt substantie. Quarta est: quod situs consistit in indivisibili: quia ad quoniamcunq; mutationem velum partis variatur spes situs: unde sequitur manifeste innumeratas esse spes huius predicamenti: nec omnes a nobis posse comprehendere.

Sectus tertius pro betatis

Ratio sequelle huius predicamenti ad preces: manifestata est: quia situs includit collocationem ubi: et supradit ei ordinem partium in toto collocato: et modo significandi predicandi huius predicamenti nomi: clare hec diffinitio situs: put est nomen secunde impositionis. Sit est dicibile prime impositionis: cognoscens ordinem partium rei in toto collocato in suo loco: vel cognoscens re habere partes sic ordinatas in suo loco. primum dicitur propter nomina abstracta: ut sedes: accubitus. etc. secundum propter concreta: ut sedes: iacens. etc. Tercium autem diffinitione situs: quando est nomen prime impositionis: et genus supremum abstractorum huius coordinatio: et debet intelligi in rebus animatis: et de partibus heterogeneis sine organis: que sunt: caput: brachia: manus: cunra: tibie: pedes: radices: rami. etc. in rebus vero inanimatis predicta diffinitio vera est: etiam in partibus homogeneis: quibus res dicitur aspera: aut leuis: rara: vel densa. etc. Divisio huius generis in spes subalternas: hoc est in situm naturalem et preternaturalem: que accidentarium vocat: situs manifestata est in litera autorum: nam propter ordinem partium organicarum a natura insitutum in rebus animatis: solent fieri varie mutationes a voluntate in hominibus: ab appetitu sensitivo in bestibus. ab arte humana in arboribus et plantis per agriculturem: in pecudibus per pastoralem industriam: et in aliis rebus per lesionem et casus sortuitos. Coordinatio concretorum huius predicamenti satis patet in litera et coordinatio abstractorum. Accidentium duo prima ex superioribus satis perua esse putant. Tercie vero proprietates situs logice esse potest: inter omnia predicamenta accidentium dicibilia huius non predicamenti significant res maxime propter quod substantie huius partem integram: que sunt magis proprie substantiam quam accidentia: que cognoscantur per dicibilia aliorum predicamentorum: nam partes substantie sunt et ipse substantie: ut super dictum

Sectus tertius pro betatis

est in capite quarto super prima proprietate predicamenti substantie. accidentia vero posteriora sunt substantiis: ideo magis distant a substantia quam partes integrales eius. In hoc ergo predicamento abstracta nomina et concreta ferenda sunt nomina sunt. ut sessio et sedens: stans et stans: accubitus et iacens. etc. quia de materiali significatio. pro eodem supponunt: et de formali idem cognoscunt. si partes ipsas hoc vel illo modo ordinatas a natura vel ab arte vel ab alia causa: sessio. n. non est aliquid accidentis absolute solum aut respectu sui sed et distinctum: ut aliquid preterita si putauerit. Hoc in predicamento ad aliquid et in quibusdam aliis est credendum secundum veritatem philosophi: quod modus: quod abstracta nomina non semper significant formas aliquas a re ipsa distinctas: sed quod abstracta et concreta pro eodem rebus supponant. ut quod idem sit humanitas et homo: idem longitudo et longum: idem risibilitas et risibile: idem circulatio et circulus: idem paternitas et pater: idem sessio et sedes. et ita de multis aliis: nec patet ea quantitas: qualitas: et alia septem dicuntur predicamenta accidentium: quod significet vera accidentia physica: equo enim accipitur hoc nomen accidentis in logica et in physica: quod in secundo huius libello in capite de accidentibus predicabili declaratum est. Quarte proprietatis situs est: quod quilibet spes specialissima huius nomi predicamenti: scilicet de subalternis generibus: significat unum cum parte situm et ordinem partium in toto: sic quod non fiat variatio vlla in partibus illis vna vel pluribus aut omnibus. nam quantalacumque variatione facta in eis: iam illi situs erit alteri: species specialissime. Et quia ista variatio potest fieri modis innumerabilibus: ideo autor inferre innumeratas esse spes specialissimas huius predicamenti: adeo ut nobis sint incomprehensibiles: et inenarrabiles. Propterea ergo dictum est: quod situs. scilicet determinatus et specificus consistit in indivisibili: sic quod variari non possit in eadem specie.

Sectus tertius pro betatis

Quarta pars: de predicamento habitus.

Modus significandi essentialis formalis dicibili abstractorum decimi predicamenti: est cognoscere per quod res per quod unumquodque eorum supponit: est hominis significans vel alterius animalis vestis aut indumentum: ut tunica: pallium: pileus. Concreta vero eorum denotantur per quod supponunt induta sit illa veste. ut togatus: diarmatus. etc. unde patere potest diffinitio huius nominis habitus quando est secunde impositionis. Secundum genus abstractorum huius categoriæ est hoc nomen habitus quando est prime impositionis sic diffinitum. Habitus est vestis aut indumentum corporis humani vel alterius animalis ad usum hominis deputati. Huius generis prime spes non sunt imposte: possunt tamen poni iste due. habitus bonoris: et habitus ignominie. Primum generis hec ponentur spes: toga infusa: arma: torax. etc. Secundi vero iste: larua: cento: collobium: sagum. etc. Concretorum autem generalissimum est habituatum aut vestitum. Eius spes correspondentes sunt: larvatus. etc. Clamor dicibilium primus accidentis est non habere contrarium: cuius habeant partine oppositum. ut nudus: nectis: discalciatus. etc. Secundum accidentis est suscipere magis et minus in sua predicatio: ut equus est magis armatus pedite. Tercia proprie

Sectus tertius pro betatis

Coordinatio in abstractis.

In concretis.

Proprietates.

Vertical marginal notes on the right side of the page, including the word 'Summa' and other handwritten notes.

tas. Habitus semp̄ consistit in duobus suppositis. scilicet in veste et vestito. Habitus de decē predicamentis ab Aristotele enumeratis.

Scholium sine glossa.

1. **¶** Nōmē habitus equiuocum est: vt patebit in vltimo post predicamētō: sed in qua significatione accipiat ipsum autor in hoc loco: diffinitio ei subiecta declarat. Quando est enim nōmē p̄me impositionis et generalissimū decimę categorię: habitus pro veste accipitur: vnde dicitur in vulgari dictum: q̄ habitus nō facit monachum: sed religio mētis: vnde dicitur religio dōs habet dīuersos habitus: sed q̄ndo est nōmē secunde impositionis et decima spēs predicamētū: diffinitio sic: habitus est dicibile p̄me impositionis: denotans q̄ res pro qua supponit sit vestis vel indumentum corporis: vt tunica pallium: pileus: vel cognoscens rem habere vestē aut indumentū super se: vt tunica: togatus: capiat. et. **¶** Hęc secunda diffinitio dicitur ex modo significandi et predicandi quos ponit autor in litera. Et dicit notanter in diffinitione generalissimā huius predicamētū. Indumentū corporis humani vel alterius animalis ad vsum hominis deputat: quia vestes et indumenta non solum sūt ad tegēda hominū corpora: sed etiam pro iumento et assinō: et capiat accipitur. colloquū sūt: et ita de multis alijs. quare hōm̄ predicamētōm nomina abstracta et cōm̄ concreta sūt spēs per se huius predicamētū. Et quia vestimēta p̄ter naturalē necessitatē data sūt hominibus et iumentis etiam ad bonōrem vel ad ignominiam: ideo pileus autor dnas ex cogitabit species subalternas: huius generalissimā nōdum ab alijs impositionis: quia vt Aristoteles dicit in capite de ad aliquid: vbi nomina dēiunt: opus est ea de nouo imponere: ad bene coordinanda dicibilia in predicamentis: et hoc maxime fieri debet in subalternis speciebus: nam spēs in se magis sūt in vñ loquētiū: vt patet in predicamento ad aliquid et in quibusdam alijs. **¶** Quod dicitur in prima p̄betate huius predicamētū: q̄ q̄uis non habeat contrariā: tamē habet priuatiue oppositū: vt nudū: merme. et. com mune est omnibus nouē predicamētis accidētū: vt superius dicitur est in capite de quantitate: addidit tamē hęc autor propter nōm̄: ne forte putaret hęc priuatiue opposita esse contraria. Secunda de suscipere magis et minus: nec cōuenit omni necessi: ideo non est propriū: sed accidēs commune huic subiecto habitus. Tertia vero p̄betas: et sensus eius est: q̄ semper res quam cognoscit terminus huius predicamētū: est suppositū distinctū ab ea re pro qua supponit: quia vestis superposita corpori est aliud suppositum ab ipso corpore. et hoc potest conuenire alijs predicamentis: nisi forte quando et vbi: nam in alijs sere semper concreta cognoscunt vel accidētia: vel partes rei. ideo hoc non est propriū quarto: sed solum secundo modo huic subiecto habitus. **¶** Et per hęc se expedit autor de predicamentis decem primarum intentionum vel impositionum ab Aristotele traditis: quibus et ipse addere intendit vndecimum predicamentum secundarum intentionum: atq; secundarum impositionum ex cōi sere sensu omnium ueteriorum logicorum.

Capitulum decimum: de predicamento secundarum intentionum seu impositionum: quod et vndecimum predicamentum vocant.

1. **¶** Reter dicibilia p̄me intētionis: in quibus Aristoteles fretus antiquorū autoritate: decē enumeravit coordinatiōes supradictas: sūt ad hęc quāda alia dicibilia secunde intētionis nomina: in quibus p̄culdubio inuenitur coordinatiō generum et specierū. **¶** Nam et sciētariū de dicuntur reales: quia vtiū rerū vocabulis: ille sermocionales: et p̄pna corū vocabula sūt nomina sermōnū: sive vocabula vocabulū: q̄ et p̄p̄terea secunde dicuntur intentiones sive impositiones: quia hęc aliorū supponit impositionē atq; significatiōem p̄mā. **¶** Et q̄ Aristoteles sciētias sermocionales nō vocat sciētias: sed modōs sciēdi: vel artes introductorias: ad imitaciōem aharū sciētariū: ideo non dignū cēiunt eam vocabula curiose coordinare: vt etiam ex hoc innuēt p̄p̄nū studiū vñ sapiētis circa sciētias reales esse intendendum: in sermocionalibus autē non multū immorādū: sed ex eis necessario quodam sumpto viatō: ad superiores et ueteros sciētias p̄perandū. **¶** Quibus vero qui logicas introductiones adolēcentibus paramus: vtilis est etiam secūdas impositiones: sciētariū sermocionalium vocabula (que hoc nostro cōm̄ in magno p̄no habentur vbiq; terrarū) seriose coordinare: et p̄ modulo nostro eorum categoriā facere.

Scholium sine glossa.

1. **¶** Huius decimi capituli titulus: supponit discriminē secundarū intētionum et secundarū impositionum: alias positū: nam conceptus mētis dicuntur intētionē: q̄a intus tenēt in mētē: voces vero et scripture appellantur impositionē: q̄a ad placitū significant et impositione hominū. Et sicut in vocibus et scripturis distingūt p̄me et secūde impositiones: q̄a p̄me sūt nomina rerū: secūde sūt nōia nominū: ita in cōceptibus distingūt p̄me et secūde intētionē. nam p̄me impositionē subordinant p̄mis intētionibus: et secūde secūdis in significando. Aristoteles igit in suis categoriis de p̄mis intētionibus: primisq; impositionibus latissime disputauit: autor vero summularū recētor de secūdis intētionibus secūdisq; impositionibus breuissime: et in hoc cōm̄ capite disputat: in quo tres facit partes principales. prima est de antepredicamento huic p̄posito necessario. secūda erit de coordinatiōe secundarū intētionū vel impositionū. tertia de p̄betatibus huius predicamētū. **¶** Pro antepredicamento p̄mittit autor discriminē inter dicibilia p̄me et secunde intētionis: et p̄bat illud ex differētia sciētariū realū et sermocionalū: de qua superius in commētarīo tertii capituli huius libelli diximus. Dat etiam rationē quare vocabula sciētariū realium dicant p̄me impositiones. q̄a imposita sūt immediate ad significandas res ceteriores: hoc est: nulla supposita p̄te impositione aliorū vocabulorum: quo concreta vocabula sciētariū sermocionalū appellantur secūde impositiones: quia cū sūt vocabula aliorū vocabulorum: supponit eorū p̄te impositionē et significatiōem: homo enim non diceret nomē aut dicibile: nisi ali-

In enumeratione predicamentorum ordo etiam ipsorum notatus est: quo substantia dicta est natura prior accidentibus: et in re predicamenta accidentium ea quae sunt cognominata: magis cognominata priora sunt. Primum enim substantias ideo dicitur esse putat Aristoteles: quia omnia prius impositionis diabilia precedant: nam alia omnia aut dicitur de primis substantiis: aut sunt in eis. Horum dictorum occasione autor declarat multipliciter horum nominum prius et posterius. et ponit quinque modos ponendi: quibus hoc nomen ostenditur transcendens: nam in aliquibus eorum est nomen prius impositionis: in alijs vero secunde. Primo modo aliquid dicitur prius alio tempore: puta id quod fuit in tempore prius potest dicitur: et posterius in parte temporis subsequente: ut Roma prius fuit condita quam Venetia: et Abrahama fuit prior Dauid: et ita de multis alijs. Et in hac acceptione prius est nomen prius impositionis: estque magis propria: quia magis usitata est acceptio. Secundo modo prius est nomen secunde impositionis logice: et quo nominat consequentiam inter prius et posterius. Intelligent ergo de terminis: et dicitur prius natura rei: de qua Porphyrius in commentariis predicabilium dicit: quod genera sunt natura priora differentijs et speciebus: et quod species natura prior est proprio: et opposito modo dicit Aristoteles in predicamento ad aliquid: quod relativa sunt simul natura et substantia: quod consequentia: que ibidem declarata est. Quando ergo duorum terminorum unum sequit ad alterum in bona consequentia et non e contra: tractat eorum est prior natura altero: a quo non valet consequentia subsistere ad alterum: et ita unum est prius duobus: et in quolibet predicamento superius est prius natura quolibet suorum inferiorum: quia ab inferiori ad superius est bona consequentia: sed non e contra: ut si homo est: animal est: sed non conuertit consequentia. Aliqua tamen posteriora putat prius hoc secundo modo esse nomen prius impositionis: et prebentur accipiendum: dicentes: quod apertio fenestre est natura prior quam ingressus lucis: et positio pedis in pulvere: quam signatio vestigij: et ita de alijs pluribus. Sed hinc sensum repugnare videntur verba Aristotelis: nam in predictis exemplis consequentia est utriusque conuertibilis: melius ergo diceret quod prioritas natura est nomen secunde impositionis logice: sicut et su-

pra in communitatibus predicabilium. unde prioritas quae ponit in predictis exemplis magis pertinet ad quintum modum: que est prioritas causae ad effectum primum et ad equatum. Tertius modus prioris etiam est nomen secunde impositionis forte rhetorice: est enim sermo de ordine procedendi in disciplinis: ut ea quae prius doceantur atque discenda sunt: dicantur alij priora. quo modo in grammatica orthographia de literis est prior quam syllabis: et in rhetorica dicitur quod in epistola probemur prius est narratio. Et in logica Aristoteles dicit in primo libro posteriorum: quod principia sunt natura priora conclusionibus. Quarto modo: prius est nomen prius impositionis pro rebus: quia in rebus seculari ac etiam ecclesiastica homines illi qui alijs prestant sanguine: literis: diuitijs: officijs: ut prelati et iudices: dicuntur prius alijs. quia honoratioris et digniores. Quinto modo prius videtur nomen secunde impositionis: quia fit in eo mentio de consequentia: quae quibus inter duos terminos sit conuertibilis: tamen si unus eorum sit nomen cause illius rei quam alter significat: unus eorum est prior altero: ut apertio fenestri: hoc modo est prior quam ingressio lucis: et interpositio terre est prior quam clypeus luna. Et hoc modo quando nomina correlatiua sunt simul natura et consequentia: tamen in eis potest hic modus prioritatis inueniri: ut causa est prior effectui: et pater filio: et dominus seruo. Item autem exemplum de re significata et de proprie significata. ut Sorites sedet: et hoc est vera: Sorites sedet. nam licet inter hec duo sit conuertibilis consequentia utrobique: tamen rem ita esse in re prius est quam proprie esse veram. quia rei existentia est causa veritatis propositionis de ea enunciantis. Aut enim Aristoteles in predicamento substantiae ab eo quod res est vel non est: oratio vocalis et optimo nomen talis dicitur esse vera aut falsa. Laue tamen ne decipiaris credes rem eternam quae non est lignum: ponit in propositione consequentia. sed potius est nomen. propositio enim et consequentia non ex rebus: sed ex rerum vocabulis consistunt: fit ergo hec consequentia hoc modo: res ita se habet. ergo propositio ita enuncians est vera. et e contra. Et explicatis modis prioris autor subdit quod totidem et conformes sunt modi posterioris. nam hec duo nomina sunt relative opposita. et ideo tot modis dicitur unum eorum quod et reliquum. ut Aristoteles dicit in primo libro topicorum. Sunt ergo quinque modi posterioris. scilicet tempore: natura: ordine: atque honore. ac demum causalitate: et sunt eadem exempla in eis omnibus.

Tertia pars de postpredicamento: simul.

Simul vero dicitur tribus modis. Primo ea si simul dicuntur: que fuerunt in eodem tempore. Alexander et Aristoteles in Grecia. Hieronymus et Augustinus in ecclesia. Secundo aliqua dicuntur simul natura: ea scilicet in quibus est conuertibilis consequentia. unde et relativa dicuntur simul natura: ut pater et filius. amicus et vicinus. Tertio modo. si simul dicitur ordinem: ita ut ea dicantur simul que conueniunt aliquod superius: et ita species vel differentie sub eodem genere dicuntur hoc modo simul. ut homo et brutum sub animali: similiter rationale et irrationale.

Scholium sine glossa.

In quadam prophetate ad aliquid dicitur: dictum erat: quod relativa sunt simul natura: et quod posita se ponit: ac propria se perinquit: opus ergo erat modos et significaciones huius nominis simul applicari: quia transcendens nomen est et ad plura predicamenta se extendens: est etiam prius tempore oppositum ad prius et posterius: tunc apparet ratio ordinis inter hec postpredicamenta: quia habitus debet precedere priuationem suam. Et quamuis possent poni tot modi simul quot et prioris et posterioris: tamen autor breuitati studens eos omnes ad tres modos reducit. nam ad simul tempore reducit simul honore: quia utrobique simul est nomen prius impositionis. Simul etiam natura large accepit pro omnibus illis in quibus est conuertibilis subsistendi consequentia: et ita quantum modum sub secundo comprehendit: et in utroque eorum simul est nomen secunde impositionis logice. Restat ergo tertius modus simul solitarii et nullum alium comprehendens. scilicet simul ordine docendi: ad hunc autem intelligendi: et hoc modo in qualibet disciplina simul dicuntur ea que diuiduntur ali quod superius: suntque membra immediata sub eo: ut species et differentie sub genere suo immediato. individua sub specie eorum. partes in modo sub toto in modo: partesque integrales eiusdem denominationis summi totum diuidentes. ut duo medietates: tres tertie: quatuor quarte. etc.

Quarta pars de postpredicamento habitus vel habere.

Habitus vel habere multis modis accipi solet. Primo modo dicitur quis habere qualitate vel scientia vel sanitate: et sic est prima species predicamenti qualitatis. Secundo dicitur quis habere quantitate que est magnitudo vel extensio: ut esse bicubitum aut tripedale. et hoc modo est de predicamento quantitatis. Tertio modo habere dicitur copiosi nominum tegumenta: ut vestis aut tunicam. et hoc modo habitus est generalissimum decimum predicamenti. Quarto modo habere membrum vel manum vel pedem. Quinto modo locus dicitur habere locatum. et vas quod in eo ponitur: ut lagena vinum: et modus triticum. Sexto modo dicitur homo habere possessionem: ut domum vel agrum. Septimo vir dicitur habere uxorem: quamuis ut Aristoteles dicit: iste modus sit valde improprius: quia vir etiam habetur a sua uxore: et iura ecclesie dicunt quod vir et uxor ad paria iudicantur quantum ad vinculum matrimonij. Preter istos septem modos habendi forte plures alij ponuntur: sed quae magis sunt consueti pene omnes enumerati sunt. Et hec sufficiant de predicamentis.

Scholium sine glossa.

Concretum habere est habere: estque nomen transcendens iuter alia numeratum ab Aristotele in quinto libro metaphysice. Adducit autem hic ad tollendam equivocationem a prima specie qualitatis que ponebat habitus: et decimum generalissimum etiam ponebat habitus: et ideo declaratur huius nominis multiplicitas quando est nomen prius impositionis. Et de tribus primis acceptionibus littera explicat: ad que predicamenta pertineant. Quarta vero: quinta: septima vero videntur referre ad predicamentum ad aliquid: sed

non ad eandem eius speciem subalternam. nam hec nomina pars totum: locum et locatum: vir et uxor: videntur esse relativa: nisi forte locum et locatum dicantur esse in predicamento vbi. Sexta autem acceptio apparet de predicamento actionis: nam possidere est regere bona: et eis uti ad libitum. unde pertinet ad actionem moralem vel ad factionem artificialem. Et acten: quod nos dixisse sufficiat de omnibus terminis sciencialis: tamen prime secundae impositionis: siue sint diabilia limitata siue etiam transcendente: modo dicitur introduktionis: immo et in hoc tertio libello modum excessum introductionis: pro eo quod pauci sint qui predicamenta bene intelligant.

Tertij libelli summularum finis.

Quartus libellus

libellus summularum: de syllogismis: de figuris: et modis earum. habet capita nouem.

Caput primum de syllogismorum principijs: tum materialibus: tum etiam formalibus siue regulatiuis eorum.



Tertiam consequenter logice partem de argumentatione venientes: accedamus imprimis ad formam eius: et precipue in syllogismo: qui est propria argumentationis species: ad eamque alie omnes reduci habent. Syllogismus autem est terminus et propositio constituit: ut materia eius:

sed ipsius forma consistit in figuris et modis earum: quare imprimis de supradictis syllogismorum principijs erit nobis agendum. Et quamuis de terminis et de propositionibus in superioribus satis abunde dictum sit: hic tamen iuxta materiam subiectam propositio terminum distinctiones succincte proponamus. Propositio categorica est oratio affirmativa vel negativa alicuius de aliquo: vel alicuius ab aliquo: ut homo est rationalis: vel particularis: vel indefinita: aut singularis. Terminus est propositio extremum vel subiectum vel predicatum eius: et in hec resoluuntur ipsa propositio in materia sua. Syllogismus est propositio hypothetica: in qua quibusdam positus: necesse est ex eis aliud sequi: ut hec syllogismus: omne animal est substantia: et omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia: est syllogismus: nam in ea positus duabus propositibus (que dicuntur premissae) de necessitate consequentia sequitur tertia quae dicitur conclusio. Omnis autem syllogismus consistit ex tribus terminis et duabus propositibus: antecedente siue maiore: et altera vero propositio est eius consequens. Solet autem prima propositio antecedentis vocari maior syllogismi: secunda vero minor dicitur. Et tribus autem terminis non pos-

Ordo dicendo rum

Propositio

Termin

Adior

Adior

idem numero cum illo tertio: illa inquam duo nomina inter se sunt etiam eadem numero: vel alius verbis. Quando duo predicata vere affirmant de eodem subiecto singulari: vere etiam affirmabuntur de seipsis: omnia enim sunt eadem numero: vere affirmant de seipsis. Et hac regula patet quod hec consequentia est bona: 'Sedetrus est bipes: et 'Sedetrus est albus: ergo albus est bipes: quia hec duo nomina: albus et bipes sunt eadem numero illi tertio nomini 'Sedetrus: et affirmant de illo: ergo etiam sunt eadem numero inter se et de seipsis affirmant: ut hec sit vera: albus est bipes. Secunda regula per oppositum est de nominibus que differunt numero: ut sit eius sensus. Si duo nomina se habebant respectu unius tertii singularis: quod alterum eorum sit idem numero illi tertio: alterum vero differens numero ab illo tertio: illa inquam duo nomina differunt numero inter se: vel alius verbis. Si alteri illorum nominum affirmat de illo tertio: et alteri negat de eodem: illa de seipsis negabunt. Et hac regula patet bonitas huius consequentie: 'Sedetrus est bipes: et 'Sedetrus non est lapis: ergo bipes non est lapis: quia illa duo nomina bipes et lapis differunt in illo tertio nomine 'Sedetrus: differunt ergo inter se: quare illa negativa: bipes non est lapis: sequitur vere ad duas illas premissas. 'Datet ergo principia confirmativa omnis bone consequentie syllogisticae: tam in syllogismo communium: quam etiam in syllogismo expositivo: et de medio singulari. Et quomodo possunt dari tres figure in syllogismo expositivo: sicut declaratur in principio huius tractatus: tamen communiter apud sapientes syllogismus expositivus fuit in tertio figura: eo quod in eis medium est terminus singularis qui directe de nullo predicari potest: sed semper subiectum: cum Aristoteles quod a prima substantia nulla sit predicatio. In quacumque tamen figura fiant syllogismi expositivi: eorum non possunt esse nisi duo modi variationis penes affirmationem et negationem conclusionis suarum: nam cum omnes premissas syllogismi expositivi sint singulares: non possunt eius modi variari penes quantitatem: premissas: sicut variantur modi syllogismorum communium. Adverte insuper quod sicut in syllogismo communium medium semper debet esse distributum in alterutra premissa: ita in syllogismo expositivo medium debet accipi singulariter: et in voce in utraque premissarum.

Caput secundum: de regulis generalibus ad omnes modos syllogismorum communium: in quacumque figura.

Quia vero syllogismi expositivi est angusta suppellex: nullas de eo addemus regulas: preter duas supradictas. At syllogismorum communium lata et varia est methodus: quare preter duo principia regulativa eorum dicit de omnibus: et dicit de nullo: opus erit explicare ea per varias regulas de qualitate et quantitate propositionum que affirmantur in syllogismorum modis. Et incipiamus a regulis communibus in omnibus figuris observandis: deinde in qualibet figura addemus suas regulas speciales. Sit igitur prima regula generalis. Et quod puris particularibus vel indefinitis nihil sequitur regule syllogisticae: sed oportet alteram premissarum ad modales: huius esse universalem. Secunda. Et puris negativis non

sit bonus syllogismus: oportet ergo alterutra premissarum esse affirmativam. Tertia regula. Si aliquid premissarum fuerit particularis: et conclusio similiter erit particularis: sed non eadem. Idem ceterum de indefinita premissa et conclusione. Quarta regula. Si aliquid premissarum fuerit negativum: oportet conclusionem esse negativam: et e contra. Quinta regula: quod medium syllogismi nunquam debet poni in conclusione. Et intelligitur iste regule in syllogismo categorico: et in premissis de inesse: de medio communium: et de modo loquendi consuetudo: in rectis: et conclusis sophismatibus. Sed antequam ad singulas figuras descendamus: notandum est quod quaedam predictas regulas inveniuntur decem et novem modi syllogismorum per figuras distribuitas: hoc est non in prima: quatuor in secunda: et sex in tertia figura: et per artem memorativam designari solent his decem et novem vocibus ad quatuor versus reductis.

Barbara: clarant: darii: serio: baralipton. Celantes: dabitis: lapelimo: frilesomorum. Celare: camestres: festino: baroco: darapti. Felapton: disamis: datisi: bocardo: ferison.

Horum versuum primi duo significant modos prime figure: tertius versus excepta ultima eius dictione: ad modos secunde figure pertinet: quartus vero cum vltima dictione tertii refertur ad modos tertie figure. Que libet autem istarum dictionum tri: syllaba: est ad significandum duas premissas et tertiam conclusionem syllogismi. Si vero habet quatuor syllabas: ut baralipton et frilesomorum: quarta non ponitur ad aliquid significandum: sed ad completendum versus: ideo de ea non est curandum. Tunc vero premissarum syllogismi quantitates: denotant littere vocales singularum syllabarum in quibus dictione: ut a. universalem affirmativam. e. universalem negativam: i. particulari affirmativam: o. tande particulari negativam: ut alias diximus. Et insuper aduertendum: quod prime quatuor istarum vocum incipiunt ab his quatuor consonantibus: b. c. d. f. deinde post eas omnes alie incipiunt ab eisdem litteris: et hoc quod caute factum est: puta ad significandum quod primi quatuor syllogismi sunt perfectissimi: et consequenter manifeste bone: quia immediate regulantur per dicit de omnibus: vel dicit de nullo. Alii vero quatuor modi syllogismorum sunt imperfecti: quibus enim sunt bone consequentie: non tamen adeo clare et manifeste: quin exigant probationem: et hoc fit reducendo eos ad quatuor primos modos perfectos. Igitur secundum litteras initiales singularum dictionum denotatur ad que erit illis quatuor modis perfectis reducendus sit ille modus imperfectus: quia dictiones incipientes a littera. b. debent reduci ad bar: et incipientes a littera. c. ad celarent: ita incipientes a d. ad darii: et que a littera. f. ad serio. Quo autem modo syllogismus quilibet imperfectus reduci habeat ad perfectum: de notant quatuor littere consonantes in medio dictionum posite: que sunt. s. p. m. c. nam ubi ponitur littera. s. significat quod premissa significata per syllabam precedentem debet converteri simpliciter: ad hoc quod ille syllogismus imperfectus reducatur ad perfectum: et ubi ponitur. p. significatur conversio per accidens: prepositionis illius: et quando ponitur. m. est signum quod debet fieri transpositio premissarum: hoc est quod ex maiori fiat minor: et ex minori maior: et erit syllogismus perfectus. Ad littera. c. in medio dictionis posita: denotatur quod reductio illius syllogismi imperfecti

Enunciantur regulas inveniuntur decem et novem modi syllogismorum per figuras distribuitas: hoc est non in prima: quatuor in secunda: et sex in tertia figura: et per artem memorativam designari solent his decem et novem vocibus ad quatuor versus reductis.

De prima regula

imperfecti ad perfectum debet fieri impossibile: arguendo ex contradictione conclusionis cum altera premissarum ad inferendum contradictionem alteri: premissa in modo perfecti: quod postea fiet manifestum. Et demum vero quatuor modi perfecti omnes concluduntur directe: aliorum vero quidem aliqui directe: et alii indirecte concluduntur. Concluduntur directe syllogismi: quando in conclusionem eius maior extremitas predicat de minore posita in subiecto. Indirecte vero concluduntur: quando contra maiorem extremitas fuerit subiectum conclusionis: et minor predicatum eius. Hactenus de his que generalia et communia sunt ad omnes syllogismos.

De scholium siue glossa.

Syllogismi dicitur esse angusta suppellex: brevis et facilis doctrina: ut in precedenti capite declaravimus: quia eius non sunt nisi due regule: nec variari potest nisi duobus modis in quibuslibet figura: scilicet concludendo affirmative aut negative. Et hoc Aristoteles in primo libro priorum multa dicit de syllogismo expositivo. Nota ergo huius quarti libelli contentia est circa syllogismos communes: in quibus tunc et qualitate tunc et quantitate propositionum multiplices contingunt varietates: et in eis ordinatur artorum regulis generalibus: nam ut dicit Aristoteles in primo libro physicorum: in qualibet doctrina prius tradenda sunt communia que propria singularium. Quinque regule generales omnes fundantur in hac una regula capitali. In omni syllogismo propter debitam convenientiam vel discrepantiam duarum extremitatum cum medio in premissis: inferitur earum convenientia vel discrepantia inter se in conclusione. Et ista etiam regula comprehendit duas regulas syllogismi expositivi: que autem sit debita convenientia vel discrepantia extremitatum cum medio in syllogismo expositivo: notandum est: sed in syllogismo communibus eam declarat iste quinque regule: et quedam alie. Unde ratio prime regule est: quia arguendo ex puris particularibus: dico in propositionibus de modo loquendi concluditur de medio communium: syllogisticae nihil sequitur: a. non est bona et formalis consequentia in quacumque figura fiat syllogismus: et ratio est: quia tunc extremitates univertur cum medio communi particulariter: et premissa possunt esse pro diversis illius mediis suppositis: et tamen conclusio erit falsa in qua extremitates univertur inter se: ut homo est animal: et equus est animal: ergo equus est homo: quia propter unionem particulari extremitatum cum communi medio non sequitur unio earum inter se: secus autem si univertur in singulari medio: ut in syllogismo expositivo: quia tunc erit bona consequentia: ut homo est 'Sedetrus: et risibile est 'Sedetrus: ergo risibile est homo: sed etiam si medio communi in minor adderet relativum identitatis substantie: ut homo est animal: et rationale est idem animal: ergo rationale est homo: vel etiam si medium distribueret in minor: ut homo est animal: et rationale est omne animal: ergo rationale est homo. Denique regula hec est intellegendam pro syllogismo categorico: nam in hypothetico potest esse bona consequentia ex puris particularibus: puta arguendo a tota copulativa ad alteram eius: ut homo est animal: et leo est animal: ergo homo est animal: vel a tota disunctiva cum destructiva: ut prius ad constructionem alteri: ut homo est animal vel equus est

lapis: sed equus non est lapis: ergo homo est animal: et ita de alijs multis. Si autem arguendo ex puris particularibus altera premissarum esset negativa: nec sequitur conclusio affirmativa nec negativa formaliter. Ratio secundae regule est: quia non oportet quod propter discrepantiam aliquorum duorum ab aliquo tertio discrepet a seipsis: da. ut quis homo et risibile discrepet a lapide: quia nec homo est lapis: nec risibile est lapis: non sequitur quod homo et risibile discrepet a seipsis: ut puta quod homo non sit risibilis. Et intelligitur hec regula in syllogismo categorico: et quando premissa sunt propositiones de inesse non modales: precipue de contingenti specialiter accepto: nam in eo negativae expollet affirmativas: et quando medium syllogismi non variat penes finem et infinitum. Ratio tertie est: quia si conclusio esset universalis: argueretur a non distributo ad distributum ex parte illius extremitatis cui correspondet premissa particularis: et talis modus arguendi esset inceptus: ac si argueretur a particulari ad suam universalem. Si tamen in syllogismo emittatur hoc incommodum: scilicet modo premissas de modo loquendi in conflictu: possit in casu isto sequi conclusio universalis. Ratio quarte regule est: sicut seculum regula syllogismi expositivi negativum: quia extremitates discrepant in medio: quia earum altera affirmat: altera negat de medio: que discrepant a seipsis in conclusione: et ite si conclusio esset affirmativa: extremitates univertur sub seipsis: hoc autem non potest esse nisi propter earum unionem cum medio: quod non accidit quando earum altera fuerit negativa. Et intelligitur hec regula quando negativa premissa non est modalis de contingenti specialiter accepto: quia illa equivalet affirmativae: et potest inferre conclusionem affirmativam. Ratio quinte regule est: quia medium ponitur ad hoc ut propter habitudinem extremitatum ad ipsum: concludatur habitudo extremitatum inter se: ergo medium debet poni in antecedente syllogismi: et sole extremitates in conclusione. At vero si aliquando medium fuerit synonymum extremitatibus: ut in syllogismo expositivo: tunc in conclusione non habet officium medium sed extremitates. In fine istarum regularum autor ponit notabile de exceptionibus: que possunt dari contra istas regulas. que non tenent in syllogismo hypothetico: nec in categorico constitutis ex propositionibus modalibus: precipue de contingenti specialiter accepto: nec in syllogismo de medio singulari vel communi sumpto cum relativo identitatis substantie: nec quando premissa vel conclusio formantur modo in conflictu: id est quod predicatum ponitur ante copulam: nec quando sunt propositiones mixte ex recto et obliquo: nec quando propter aliqua syncategoremata sophisticantur propositiones: tunc referuntur aut insolubiles: exceptivae: et clausivae: reduplicativae. Et de quibus late Aristoteles dicitur in suo quarto tractatu: ostendens quomodo in eis fiant syllogismi. Sed logicorum quidam discretissimi ad diderunt predictis regulis alias quinque: ad tollendam ambiguitatem omnem a recta forma syllogistica. Prima earum est: quod nullus terminus syllogismi accipiatur ex noce: nec varietates logicales: quando transit ab una premissa in alteram: hoc est non varietur genus suppositionis a materiali in personale: vel e contra: non varietur appellationem: ampliationem: restrictionem:

De tertio

De quarta

De quinta

Alie quinque regule

Summa de syllogismo expositivo



nam et qualibz illarū mutationum equiuocatur ter-
minis: et fieret syllogism' plus q̄ in trib' terminis.
Secunda regula: q̄ idē precise accipiatur pro medio
in vtraq; p̄missarū: sic q̄ nihil ei addatur aut minuat
ab eo: quia essent duo media et non vnū: eadem ratio
est de vnaquaq; duarum extremitatum: null' enim
triū terminorū debz accipi equiuoce et quacuq; cau-
sa procedat equiuocatio. Tertia regula. Cauere debz
syllogizans ne arguat a non distributo ad distributū
ex parte alicuius illoꝝ trium terminorum: id est non
arguat a termino particulariter accepto in antecedē-
te ad ipsam vniuersaliter acceptū in consequēte. Ex
hoc enim impeditur bonitas consequētie: ac si argue-
retur a propositione particulari ad suam vniuersalē:
verum arguēdo a distributo ad non distributum va-
let consequētia: sicut in propositionibus ad vnū
uerfali ad suam particularē. Quarta regula corū est:
q̄ mediū syllogismi communis debz eē distributum
in antecedēte: id est in ambob' p̄missis: vel ad minus
in vna eorum: immo sol' ille terminus debet censeri
mediū: q̄ in aliqua p̄missarū distribuitur. i. vniuer-
saliter tenetur. Quinta regula est: q̄ mediū strictius
acceptū in maiori propositione q̄ in minori: impedit
bonitatē consequētie syllogismi: sed non e contra. Et
vniuersaliter non est arguēdum a termino stricto ad
eundē amplum: vel a minus amplo ad magis am-
plum: p̄cipue si id fiat cum distributione magis am-
pli: quamvis e contra consequētia sit bona eadem ra-
tione que dicta est de termino distributo et nō distri-
buto in tertia regula. ¶ In secūda parte huius capi-
tuli: autor declarat omnes modos arguendi in syllo-
gismis communibus: et reducit eos ad decē et nouē:
quos per totidē voces fictas et ad quatuor versus re-
ductas declarat: et litera sua tota est satis patēs vsq;
ad locū illū vbi agit de quatuor modis reducēdi syl-
logismos imperfectos ad p̄fectos. Nam oēs illi fundā-
tur in his quatuor regulis. ¶ Prima. Ad quacuq; p̄-
missas sequit' syllogistice aliqua conclusio: ad eandem
necessario sequitur et conclusionis conuertēs et oēs ei
equipollētēs. ¶ Der hanc enim regulā declarant bo-
ne consequētie modorū indirecte concludētū: vt bar-
alip. celantes: dabitis. et c. Secunda regula. Ad quā
libet propositionē conuertam sequitur sua conuertēs.
et e contra: et p̄ hanc probantur consequētie quorū-
dam modorū directe concludētū. vt celare. festino:
darapti: selapton. et c. Tertia regula. Ad p̄missas re-
cto ordine positas sequuntur eadē transposite. i. mu-
tato ordine. et p̄ hanc regulā probantur consequētie
illoꝝ modorū in q̄bus ponit' litera. m. vt sapefino:
frifefom: camestres: disamis. et c. Quarta regula. Ex
cuiuslibz syllogismi contradictoria cōclusiois cū alte-
ra p̄missarū: de necessario sequit' contradictoria alteri'
p̄missis: et fundat' in illa regula consequētiarū vulga-
tissima. In omni bona consequētia ex opposito cōse-
quētia sequitur oppositum antecedētis: et illa conse-
quētia cōfertur esse bona: in qua sicut ex antecedēte se-
quitur consequēs: ita ex opposito consequētis sequit'
oppositum antecedētis. ¶ Notest addi hec quinta re-
gula. Ad quacuq; p̄missas sequitur cōclusio vniuer-
salis: ad eadē necessario sequitur eius subalternā pri-
cularis: vt patet ex lege subalternarū. Et hac regula
possent addi plures alij modi syllogismorū q̄ illi de

cem et nouē: quos autor posuit in litera sua: vt barba-
ra et barbari. celaret: celaron: celantes celanto. celare
celaro: camestres camestro. et c. vt essent omnes modi
viginti et quatuor. In tertia vero huius capituli pte
autor facit differētiam inter modos directe et indi-
recte concludētēs: pro qua aduertant nouit' q̄ alio
modo accipitur in hoc loco directa et indirecta predi-
catio q̄ supius declarata sit in secundo hui' libello in
capite p̄mo: illic. n. predicatio directa dicebat' quādo
predicabile de suo proprio subijcibili predicatur: vel
essentialiter in qd vel i qle: vel accidentaliter transmu-
tabilitate aut intrāmutabilitate. et c. sed in hoc loco nul-
la habita ratione de habitudine terminorū conclusio-
nis in ratione subijcibilis et p̄dicabilis: solum atē dicit'
ad eorū officia. s. maioris et minoris extremitatis in
syllogismo: quia agētes de syllogismo simpliciter: non
enramus de veritate aut falsitate. p̄ponū: nec de p̄p̄e-
tate aut improprietate p̄dicatiōis secundū rationes
predicabilis aut subijcibilis.

Caput tertium de prima figura:
et de modis eius.

Prima figura (vt iam dictum est) habet tres
terminos syllogismi sic ordinatos in antecedē-
te: q̄ mediū terminus subijcitur in vna p̄missa in
et predicatur in altera. Et huius notati sunt nouem
modi: quorū quatuor p̄mi sunt directe et alij quinque
directe concludētēs. Et in hac figura ponunt' due re-
gule speciales. ¶ Prima regula. Ad directe cōcludē-
dū maiore p̄missa existēte particulari nihil sequit' tā
in prima q̄ in secūda figura. Secunda regula. Ad
directe concludēdum minore p̄missa existēte ne-
gatiua non valet consequētia: siue in prima siue in
tertia figura. potest tamen indirecte concludēdo eē
bona consequētia: vt in sapefino et frifefomoz. am.
¶ Nunc de singulis modis prime figure dicamus.
Barbara primus modus: consistit ex duob' p̄missis
vniuersalibus affirmatiuis: concludētibus directe etiā
vniuersalem affirmatiuam conclusionē: vt omne ani-
mal est substantia: et omnis hō est animal: ergo omne
hō est substantia: et regulat' hec consequētia immēdi-
ate p̄ dicit' de omni. Celaret secūdus modus: consistit
ex maiori vniuersali negatiua et minori vniuersali af-
firmatiua: concludētibus directe vniuersalē negati-
uam: vt nullum animal est lapis: et omnis homo est
animal: ergo nullus homo est lapis: et regulatur hec
consequētia immediate p̄ dicit' de nullo. Darapti ter-
tius modus: consistit ex maiori vniuersali affirmati-
ua et minori particulari affirmatiua: directe concludēti-
bus particularē affirmatiuā: vt omne animal est sub-
stantia: et aliquis homo est animal: ergo aliquis homo
est substantia: consequētia tenet p̄ dicit' de omni vt in p̄-
mo modo. Celaret quartus modus: consistit ex maio-
ri vniuersali negatiua: et minori particulari affirmati-
ua: concludētibus directe particularē negatiuam: vt
nullum animal est lapis: et aliquis hō est animal: ergo
aliquis homo non est lapis. consequētia est manife-
sta p̄ dicit' de nullo vt in secūdo modo. Celaret de qua-
tuor modis directe concludētibus. sequunt' alij quinque
indirecte concludētēs. Celaret ergo quintus in or-
dine modus: consistit ex duabus p̄missis vniuersalibus
affirmatiuis: concludētibus indirecte particularē affir-

Alie q-
tuor re-
gule co-
sequen-
tiarū.

matiam: vt omne animal est substantia: et omnis ho-
mo est animal: ergo quidam substantia est homo. Et re-
ducitur iste modus ad primum: conuertendo illius
conclusionem per accidens: quod denotat litera. p.
in tertia syllaba posita. Celantes sextus modus:
constituitur ex maiori vniuersali negatiua: et minori
vniuersali affirmatiua: indirecte concludētibus vni-
uersalē negatiuā: vt nullum animal est lapis: et omnis
homo est animal: ergo nullus lapis est homo: et redi-
citur iste modus ad secundum per conuersionē con-
clusionis illius simpliciter: quod denotat litera. s. in
tertia syllaba posita. Dabitis septimus modus: con-
sistit ex maiori vniuersali affirmatiua: et minori parti-
culari affirmatiua indirecte cōcludētibus particularē affir-
matiuam: vt omne animal est substantia: et aliquis ho-
mo est animal: ergo aliquis substantia est hō: et reducitur
iste modus ad tertium per conuersionē conclusionis illi'
simpliciter: quod denotat litera. s. in tertia syllaba po-
sita. Sapefino octauus modus: componit' ex maio-
ri vniuersali affirmatiua: et minori vniuersali nega-
tiua indirecte cōcludētibus particularē negatiuā: vt
omne animal est substantia: et nullus lapis est animal:
ergo quedam substantia non est lapis. Et reducitur
iste modus ad quartum per conuersionē maioris per
accidens: et per conuersionem minoris simpliciter: et
per transpositionē p̄missarū: quod denotant tres
ille litere. p. s. m. in hac dictioe posite. Frifefomoz
nonus modus: consistit ex maiori particulari affirma-
tiua: et minori vniuersali negatiua indirecte concludē-
tibus particularē negatiuam: vt aliquod animal est
substantia: et nullus lapis est animal: ergo aliqua sub-
stantia non est lapis. Et reducitur iste modus etiam
ad quartum modum: vtraq; p̄missarū cōuertit' simpli-
ter facta carū p̄mutatione: nam in vtraq; p̄missarū syl-
labarum huius dictiois ponit' litera. s. et in tertia po-
nitur. m. ¶ Patet ergo omnes modi syllogismorū
cōm in prima figura: sed preter eos possent dari ali-
ij duo pro syllogismis expositiuis: primo affirma-
tiue sic: hoc animal est substantia: et Petrus est hoc
idē animal: ergo Petrus est substantia. secūdo nega-
tiue sic: iste hō est animal: et lapis non est iste hō: ergo
lapis non est animal.

De definitione prime figure data in precedētī capi-
te: poterunt elici due spēs eius: vt ibidē fuit decla-
ratum. Sed autor in hoc capite solum intendit agere
de prima specie prime. i. quādo mediū est subiectū
in vna. i. prima p̄missarū: et est p̄dicatum in altera:
id est in secūda p̄missa: quia oēs fere logici hāc solā
ordinationē terminorum vocant primā figuram: al-
teram vero appellant quartam figuram: de qua etiā
nosser autor determinabit post omnes tres figuras.
¶ Hanc figurē nouē modi syllogismorū cōm denota-
ti sunt in illis nouē vocibus duorū primorū versū:
et eorum quatuor primū modi sunt directe concludē-
tes: et consequētie clarissime immediate regulate per
dicit' de omni et dicit' de nullo: alij vero quinque sunt
bone consequētie: nō tamen ita clare: quia eis non ap-
plicant immediate illa duo p̄ncipia regulatiua: ex eo
q̄ indirecte cōcludūt: et hac ratione vocant' modi imp-
fecti. Et p̄ter quos regulas gūales syllogismorum: ad
magis corroboradas vires quatuor p̄mox modorū:

Caput tertium de modis prime figure. Fo. ixij
addit hic autor duas alias regulas speciales. ¶ Prima
est: q̄ in eis cancat' ne maior p̄p̄o syllogismi sit particu-
laris: et hec regula etiā deseruit secūde figure: nam si
maior p̄missa eēt p̄p̄o particularis: tam in prima q̄
in secūda figura non valeret consequētia ad directe
concludēdum: sed e contra ad concludēdum indi-
recte: tam positus est vnus modus talis. s. frifefomoz.
¶ Ratio hui' regule est: quia mediū commune non distribueretur in antecedēte syllogis-
mi: cum. n. sit subiectū maioris propositionis in figura
prima: non distribueretur in ea si esset particularis:
sed neq; in minori propositione: quia eēt p̄dicatum
propositionis affirmatiue: et altera regula sequēte: q̄
dicit' q̄ minor non p̄t eē negatiua: arguere autē ex
medio in neutra p̄missarū distributo: est equalēter ar-
guere ex puris p̄missarū. contra primā regulā ge-
neralē: si tamē arguēs ex maiori particulari in p̄ma
figura: caute curat' et hoc incommodū. scilicet addē-
do signū vniuersale p̄dicato minoris: vel relatiuū sub-
stantie idētitatis possit concludere directe: vt animal
mouetur: et omnis homo est omne animal: vel est idē
animal: ergo homo mouetur. Secunda regula. canē-
dum est in prima et in tertia figura ad directe conclu-
dēdū: ne minor p̄p̄o sit negatiua: sed aut ad conclu-
dēdū indirecte: vt indirecte in sapefino et frifefom.
¶ Ratio huius regule est: quia nisi adhiberetur caute-
la: syllogismus procederet a non distributo ad distri-
būtū ex parte maioris extremitatis: q̄ cum esset p̄di-
catum in maiori propositione affirmatiua (non. n.
possent ambe eē negatiue) nō distribueretur in ante-
cedēte: et tamē distribueret' in conclusione: quia esset p̄-
dicatum propositionis negatiue: si tamē prouideret'
distribūdo maiorem extremitatem in antecedente:
vel prouideret' eam negatiuam in conclusione: possent
eē bona consequētia. et c. ¶ Possent dari alia ratio: quia
in prima figura minor p̄p̄o semp' subsumit aliquid
sub medio distributo in maiori: hoc non esset minorū
posita negatiua: que potius remouet aliquid a me-
dio q̄ ponat sub eo. ¶ Propter has ergo duas regu-
las nulli sūt positi modi arguēdi syllogistice in p̄ma
figura directe cōcludētēs: q̄ habeāt maiore p̄ricularē
aut minore negatiuam: quia ille consequētie non essent
bone gratia forme. Similiter neq; in secūda figura
ponitur aliquis modus in quo maior sit particularis: et in
tertia non ponit' modus cui' minor sit negatiua: vt pa-
tebit. ¶ Cū ad modos prime figure: autor po-
nit in ea nouē modos: quod verū est accipiēdo me-
diū pro p̄missis et conclusionē simul: immo illo mo-
do possent addi adhuc duo alij modi directe conclu-
dētēs. s. barbari et celaron: p̄ legē subalternarū: vt
superius diximus. Sed accipiēdo modum pro p̄-
missis tantum: non sunt nisi sex modi in prima figu-
ra: hoc est quatuor directe: et duo indirecte concludē-
tes: nam baralip: celantes: et dabitis: non differunt
in p̄missis a tribus primis. In singulis modis p̄ter
autorū literam hoc solum videtur addēdum: quod
probetur consequētia esse bona et formalis. At. n. q̄
de omni. probatur esse bona et formalis p̄ dicit'
certissima: Quicqd affirmat' de termino distribu-
to: affirmari debz de quolibet sumpto sub eo: cōstat

Ratio
secūde.

Ratio
nes q-
tuor
modorū

Handwritten marginal notes in a cursive script, including the word 'Summa' and other illegible text.



autem quod in maiori premissa huius primi modi: que est vniuersalis affirmatiua: maior extremitas as firmatur de medio distributo: et in minori premissa sumitur minor extremitas sub medio: et in conclusio ne maior extremitas affirmatur de minori: ergo con sequentia est bona et formalis: quia tenet in omni bus terminis obseruata eadem forma arguendi. Eo dem penitus modo probatur consequentia tertij mo di significati per dant. Dicit etiam autor qd consequen tia de celaret regulam immediate per dicere nullo: id est probatur esse bona et formalis per illam regulam verissi man. Quicquid remouetur sine negatur a subiecto distributo: debet remoueri a quolibet sumpto sub eo: certum est autem qd in maiori premissa huius secundi modi: que est vniuersalis negatiua: maior extremitas remouetur a medio distributo. in minori vero premissa minor extremitas sumitur sub medio. in con clusione autem eadem maior extremitas remoue tur a minori extremitate: ergo illa consequentia est bona et formalis: quia facta secundum formam illius regule dici de nullo. Eodem penitus modo probatur conse quentia quarti modi significati per serio. Et in alijs ve ro quibus modis iste due regule non possunt immed iate et clare applicari: quia in directe concludentes non predicant maiorem extremitatem de minori in con clusione: sed potius contra maiorem de minori: quare non obseruant formas illarum duarum regu larum: dici de omni: et dici de nullo. Quia tamen sunt bone consequentia et formalis: debent probari per qua tuor modos: qui sunt euidenter probati esse bone con sequentia et formalis. Illi tres tres modi: baralip: celantes: et dabitis: vno et simili modo probantur per primos tres modos: scilicet conuertendo eorum conclusiones: nam ex quo premissa de baralip. sunt eade que et premissa de barbara: ad conclusionem autem barbara per conuersionem eius per accidens sequitur conclusio de baralip indirecte concludente. Et idem pre missa de celantes et celarent sunt eadem: sed conclusio istius sequitur ad conclusionem illius per conuer sionem simplicem illius in istam. Eodem modo pre missa de dabitis et de darij sunt ead. in: sed conclusio istius sequitur ad conclusionem illius per conuersio nem simplicem illius in istam: ergo ad premissas ista rum trium modorum bene sequuntur indirecte conclu siones eorum: per illam regulam primam in commen tario capi. prece. positam. Ad quoscumq; premissas sequitur aliqua conclusio: ad eandem sequitur et con uertens eius: nunc autem ad premissas trium primo rum modorum sequuntur directe conclusiones eor: ergo ad eandem premissas in baralip: celantes: et da bitis sequuntur indirecte conuertentes illarum conclu sionum: quia quicquid sequitur ad consequens bone consequentia: sequitur etiam ad eius antecedens. vnde patet: qd quando autor dicit in litera: reductur iste modus ad illum per conuersionem illius conclusionis. et. debet intelligi: quod conuertantur conclusiones de barbara: celarent: et darij: ad hoc vt fiat conclusio ues istorum trium indirecte concludentium: et non est intelligendum quod conuertantur conclusiones istorum: tum quia conclusio de baralip: non potest conuerti per accidens cum sit particularis affirmati ua: tum etiam quia per hoc non probarentur conse

Ratio nes alio riu quod modo

quentie istorum modorum: sed potius consequentia trium primorum: que probatione tali non indiget: sed potius ea egent isti modi indirecti. Reducere quidem vnum modum ad alterum: non est ex isto mo do facere alterum: vt pleriq; indecisi putant: sed est probare consequentiam vnius modi incidentis per consequentiam alterius euidentis. Et in duobus ve ro modis vltimis sapelino et frisesomorum: est alius modus probationis quod eorum consequentia sint bone. Istos quibus aduertit: qd isti duo modi reducun tur ad quartum serio: quia incipiuntur a litera. s. hoc est per illum quartum modum probantur consequen tia istorum esse bone et formalis: hoc patet: conclusio cuiuslibet istorum est eade que et conclusio quarti mo di: et illa conclusio manifeste sequitur ad premissas de serio per regulam dici de nullo: et premissa de serio sequuntur ad premissas cuiuslibet istorum: per con uersiones earum et transpositionem: quia ad quam libet premissam sequitur sua conuertens: et ad premissas retro ordine positas: sequuntur eadem transposi te: vt diximus in fine alterius commentarii: ergo ea dem conclusio sequitur ad premissas cuiuslibet isto rum per regulam istam: Quicquid sequitur ad con sequens bone consequentia: sequitur ad eius antee dens: nam premissa de serio sunt consequens ad pre missas cuiuslibet istorum duorum: ergo eadem con clusio que sequitur in serio: sequitur in sapelino: et frisesomorum: quamuis illic directe: hic indirecte propter imitationem premissarum. Et aduertit: qd dictum auctoris de conuersione premissarum: est intelligi dum de premissis serio: scilicet quod premissa istorum de bet conuerti in premissa istius: ad probandas istas consequentias per serio: modo supra expositis: quam uis autem in alijs tribus modis indirecte concluden tibus baralip: celantes: dabitis: conuersio con clusionum erat intelligenda: de conclusionibus barba re: celarent: darij: et eo quod premissa erant eadem hic et ibi: tamen in istis duobus sapelino et frisesomo rum: opposito modo sunt intelligende conuersiones premissarum: quia in istis et in serio conclusio est ea dem et premissa sunt varie. Aristoteles vero in pri mo priorum distingens modos syllogismorum so lum ex parte premissarum: non posuit in prima figu ra nisi ser modos: scilicet quatuor directe concluden tes: barbara: celarent: darij: serio: et hos duos indi recte concludentes: sapelino et frisesomorum: immo istos duos dixit esse modos communes omnibus tri bus figuris ad indirecte concludendum. Et demum au tor dixit syllogismos expositos in prima figura duos posse habere modos: vnum affirmatiuum: et alterum negatiuum. Et quidem de affirmatiuo no tum est quod sit bona et formalis consequentia in omni bus terminis. sed in modo negatiuo: si maior esset af firmatiua et minor negatiua: propter distributionem predicati conclusionis: consequentia non est secunda: nisi emittetur illa distributio per propositionem de mo do loquendi inueniunt: id est preponendo predicati copule negare: non enim sequitur: iste homo est ani mal: et nullus non est iste homo: ergo brunellus non est animal. sed debet inferri: ergo brunellus animal non est. Si tamen maior fuerit negatiua et minor affirma

Ratio nes riu vlti mo.

Came stros

festino

Baro co

De se loqui mo et positi na

friso morum

ma: non sequeretur illud incommodum: vt iste ho mo non est lapis: Petrus est iste homo: ergo Petrus non est lapis: et esset consequentia bona et forma lis. hoc de prima figura.

Caput quartum de modis secunde figure.

De et qualis ordinatio trium terminorum sit in secunda figura: dictum est prius scilicet: quia me dius terminus predicatur de extremitatibus in v traq; premissarum: sed pro modis eius dantur iste regule speciales. Prima: qd maiori premissa existe re particulari: nihil sequitur directe in secunda figu ra: potest tamen sequi indirecte in frisesomorum. Secunda regula: qd ex ambabus premissis affirma tiuis non fit bonus syllogismus in secunda figura. sed oportet alteram earum similiter et conclusionem esse negatiua in secunda figura. Et propter has re gulas secunda figura quatuor tantum habet modos directe concludentes. Et Celare primus modus: con stat ex maiori vniuersali negatiua: et minori vniuersa li affirmatiua: concludentibus directe vniuersalem ne gatiua: vt nullus lapis est animal: et omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Et reductur iste modus ad secundum primum figure: maiore huius conuersa simpliciter: quod denotat li tera. s. post primam huius dictionis syllabam posi ta. Et Camestros secundus modus contra consti tuitur ex maiori vniuersali affirmatiua: et minori vni uersali negatiua: concludentibus directe vniuersalem negatiua: vt omnis homo est animal: et nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo. Et reductur iste modus etiam ad secundum primum figure: maiori r conclusionem conuersis simpliciter atq; premissis transpositis: vt patet ex literis in hac dictione posi tis. Et festino tertius modus: conficitur ex maiori vni uersali negatiua: et minori particulari affirmatiua: co cludentibus directe particulari negatiua: vt nullus lapis est animal: et aliquis homo est animal: ergo ali quis homo non est lapis. Et reductur ad quartum modum primum figure: sola maiore conuersa simplici ter: quod denotat litera. s. post primam syllaba bu sus dictionis. Et Baroco quartus modus: conficitur ex maiori vniuersali affirmatiua: et minori particula ri negatiua: concludentibus directe particulari negati ua: vt omnis homo est animal: et aliquis lapis non est animal: ergo aliquis lapis non est homo. Et redu citur iste modus ad primum primum figure per impossi bile: quod denotat litera. c. in medio huius dictionis posita. Quid autem sit reductio per impossibile di ctum est prius: sumatur ergo contradictoria huius conclusionis. s. hoc: omnis lapis est homo. et cum maiori huius syllogismi baroco: fiat syllogismus in barbara: hoc modo: omnis homo est animal: omnis lapis est homo: ergo omnis lapis est animal. hoc co clusio est contradictoria minori de baroco: qd impos sibile sequitur ad contradictoria in conclusionis sumpta pro minori in barbara. Et in hac etiam figu ra indirecte concludit frisesomoru: vt aliquis homo est animal: et nullus lapis est animal: ergo aliquis ho mo non est lapis. Et reduceretur iste modus ad quar tum primum figure minore conuersa simpliciter. et premissis

transpositis: et propterea abstrahit litera. s. qd posita erat sup prima syllabam huius dictionis in prima figura. Et deniq; syllogismus expositus in secunda figura hoc modo fieri debet affirmatiue: aial e Petrus: homo est Petrus: ergo homo est animal: vel sic: animal est iste homo: risibile est iste homo: ergo risibi le est animal. Negatiue autem sic lapis non est Petrus: homo est Petrus: ergo homo non est lapis: vel potius lapis non est: aut contra: homo est Petrus: lapis non est Petrus: ergo lapis non est homo: vel lapis homo non est. Hoc de modis secunde figure.

Scholium sine glossa.

protegēdum homines a nocentis supradictis: q̄a ad hoc natura inclināt: et vnaqueq̄ res seipsam mēte cō- seruare in suo esse. bec igitur necessitas cogit hōies vt inueniēt artē edificatoriam: quare ex diffinitio- ne cause finalis demonstrari pōt diffinitio cause effi- cientis: propter conseruationē enim vite humane ar- tifer domum facit. In sup̄ ex eadē intentione artifer cōstru- dit domum p tales et tales partes: q̄a illa for- ma est necessaria ad vite conseruationem: q̄ diffinitio cause efficiētis et finalis demonstratiue probat diffi- nitionem cause formalis: et illa cum duabz pcedētibz demonstrat diffinitionem cause materialis: quia tota ratio quare materia domus est talis et talis: et hoc vt illo modo disposita: est propter finem ab artifice intē- tum. Eundem etiam ordinē habent iste quatuor cau- se in naturalibus: vt Aristoteles pbat in secūdo phy- sicorum: et hoc est manifestū in actionibus morali- bus: vt declaratur in sexto libro ethicorum. Datet ergo quando q̄sio qd est: pōt vel non pōt determinari p demonstrationē: q̄a diffinitio qd nominis non pōt nec diffinitio qd dicitatiua formalis: nec causalis per causam finale. Diffinitiones vero cause efficiētis: for- malis: et materialis: et diffinitio descriptiua possūt de- monstrari de suis diffinitis: et in eis q̄sio qd est pōt demonstrari absolute. Diffinitio autē q̄ omnes simul causas complectitur: non pōt demonstrari de suo dif- finito: quia illa non est vt conclusio demonstratiua: sed magis vt principium: immo non est principium: sed est vt tota demonstratiō: q̄a habet principium et cōclu- sionem demonstratiōis. i. diffinitionem finalem q̄a principium: et materiale que est conclusio demonstrati- onis: dico q̄ illa plenissima diffinitio non est demonstra- tio sed vt demonstratiō: quia differt positione. i. situ et ordine termino: quia nō sit ex tribus terminis et dua- bus propositionibus in modo et in figura sillogistica: habz tamē illa diffinitio virtutem totius illi demon- strationis: in qua vna diffinitio demonstraretur pal- pliciter et coniuicta: et contra illa demonstratiō cui equi- ualeat: possent dici diffinitio explicita et sepata. Aduer- te tamē q̄ bec dicta autoris de diffinitionibus quid rei. q̄ alique earum non possunt demonstrari: sunt intelligēda de demonstratione propter qd: nā demō- stratione quia et p effectus: omnes fere diffinitiones possent demonstrari et similis a posteriori: vt autor ipse declarat in fine huius capituli: ponens diuersas spēs demonstrationis q̄a per effectus: iuxta numerum cau- sarum: et in talibus demonstrationibus q̄a: possent dari quedam diffinitiones effectuales vt principia demō- strationum: alie vt conclusiones earū. Et permiscē- do demonstrationes propter qd et q̄a: inuenitur ali- quando circulus. i. conuersio vnius demonstratiōis in alteram: aliquando vero non pōt fieri circulatorio: sit enim circulus quando causa et effectus sunt sibi ad equate: vt interpositi quere et eclipsis lune: sicut enim ex causa inferitur effectus: ita e contra ex effectu infer- tur causa. Sed q̄ causa et effectus: nō sic ad equat: nō sit circularis demonstratiō: vt ex domo ad causas ei⁹ cō- sequentia est bona: nou autem e contra: non. n. oportet si lapides sunt aut artifer: q̄ domus sit: et ita in a- lijs. Datet itaq̄ ex dictis quomodo sit determinan- da q̄sio qd est: quia aliquando per demonstratiō-

Diffini- tio qd est

Diffini- tio qd est

Demō- stratiō p̄mixta

nem et aliquando non. Absoluta ergo q̄sione qd est: nā habet mediū ad determinandū questionem q̄a est: querentem de ppōe de est tercio adiacente: scienti- fic: huiusmodi propositionem autō duplicem facit: nam quēdā est in qua passio predicatur de subiecto: altera in qua predicatur diffinitio de diffinito. Pas- sio insuper est duplex. i. propria et aliena. Nonit er- go tres conclusiones. prima est de passione propria: id est que est ad equata suo subiecto: et conuenit ei se- cundum q̄ ipsum: estq̄ eius verum vniuersale: q̄ il- la demonstratur per diffinitionem quidditatiuam subiecti siue formalem siue causalem: illa enim expli- cat causam propriam et ad equatam inherente passio- nis ad subiectum: Exemplum de diffinitione forma- lis: animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis: et hoc modo fiunt omnes fere demonstrationes vniuer- sales in arithmetica et geometria. Exemplum de dif- finitione causalit: omne astrum cui et soli pōt interpo- ni terra directe: est eclipsisabile. i. priuabile lumine so- lis: luna est astrum huiusmodi: ergo luna est eclipsis- abilis. In huiusmodi enim demonstrationibus p̄mixte ideo sunt prime et immediate: quia ille diffinitio- nes non possunt demonstrari de suis diffinitis: et vocant demonstrationes vniuersales denominatiōe accepta conclusionibus: que sunt vere vniuersales de pdica- to secundum q̄ ipsum. Secunda autem conclusio est de passione aliena. i. q̄ non conuenit subiecto secundū q̄ ipsum: quamuis conueniat ei de omni et de per se: sed conuenit ei secundum aliud subiectū: puta quan- do passio superioris subiecti attribuitur suo inferiori: erit enim medium demonstrationis debet esse il- lud genus superius vel diffinitio eius: et illa de- monstratiō dicitur particularis a conclusione eius: que non est de predicato vniuersali: facit quidē sci- re conclusionem: sed non simpliciter: quia non secur- dum q̄ ipsum: vt quando demonstratur q̄ homo est mobilis: quia medium est corpus aut diffinitio eius: similiter diceretur de ista: isocbeles valet duos angu- los rectos: quia medium est triangulus vel diffinitio eius: omnis enim triangulus valet duos angulos: iso- cheles est triangulus: ergo. et. maior huius syllogii mi est mediata: quia est conclusio alterius prioris de- monstrationis. Tertia conclusio autoris est. quando predicatur conclusionis demonstrande est diffinitio subiecti de quo predicatur: et bec conclusio ex supradi- ctis est manifesta. Jam enim dictum est quando diffi- nitio potest et quando non potest demonstrari de suo diffinito. i. demonstratione propter quid: nam quan- do demonstrari potest: medium est altera prior diffini- tio subiecti: quod maxime verum est in diffinitionibz causalibus: vt de domo demonstratur q̄ sit cōstruen- da ex lapidibus: lateribus: et lignis. et. per hoc q̄ est habitaculum ordinatum ad protegēdum hōies. et. Et in huiusmodi demonstrationibus potest dari de- monstratiō propter quid et proprie dicta: puta quan- do diffinitio descriptiua demonstratur de subiecto p diffinitionem quidditatiuam eius: pōt aliquādo da- ri demonstratiō propter quid et communiter dicta. i. quia non facit scire simpliciter sed per aliud: puta qn do diffinitio descriptiua datur p superioris passionē: vt homo est animal corruptibile. et. Et quando itaq̄

determinatur q̄sio quia est p demonstrationē propter quid: simul absoluntur due questiones quia: et pro- pter quid est: et habetur scientia de materia proposi- ta in vnaquaq̄ scientia: vt possumus exemplum in quarto physicorum in materia de loco et locato. Sed quando questio quia est: determinatur demonstrati- onem quia: quamuis acquiratur certa noticia de veri- tate conclusionis: illa tamen non est scientia proprie dicta: ex quo non cognoscitur causa veritatis: quod est proprium viri sapientis: vt offendit Aristoteles in pbemio sue methaphysice: nam antiqui pbilosophi non contēti de scientia q̄a est de eclipsisibus luminariū quam etiam vulgares habebant: conati sunt ad in- uendās causas: quia hoc est vere pbilosophari.

Quinti libelli summularum finis.

Sextus libellus de locis dialecticis: quibus innittitur tota ars dialectica de argumētatio- ne probabili: habet capita sex.

Caput primum comparat argumētationē demonstratiuam ad dialecticam: atq; subinde scientiam ad opi- nionem.



Dialecticam artē inquisitionem verita- tis descripsit Aristoteles: vt pote q̄ Intro- ductio. ad omnium methodorū principia via- babat. Eam nos hic aggredi volen- tes: p̄mittamus comparationes ar- gumētationis dialectice ad demon- stratiuam: et opinionis ad scientiam. Conueniant itaq; iste due argumē- tationes. Primo in suo genere: quod est argumēta- tatio probatiua: de cuius proprietatibus superius la- nentie cuti sumus. Utraq; ergo istarum argumētationū ex quinq; p̄missis veris et concessis infert bona consequentia et pbat conclusionē esse veram. Secundo conueniūt: q̄a in veraz earū p̄missis debēt esse notiores in veritate ipsa conclusione probanda: nam igitur non pōt pro- bari per eque aut magis ignotū. Tertio q̄a vtriusq; argumentationis cōclusio potest esse ppō necessaria: non enim semp ppō necessaria pōt demonstratiue p- bari: sed aliquando probatur dialectice. Quarto cōue- niunt: quia noticia causata ex argumētatione dialecti- ca est vera: sicut et illa q̄ causatur ex argumētatiōe de- monstratiua. Per hoc enim differunt iste due argu- mētationes a sophistica et falsigrapha: q̄ iste paritūe noticias veras: ille autē falsas. Nonit et alie plures conuenientie argumētationis demonstratiue et diale- tice assignari: quas breuitatis causa obmittimus. Differunt tamē multifariam. Primo: q̄a in demō- stratiua argumētatione opus est consequentiā eē bo- tie sex

Intro- ductio.

2

3

Summa de Probabilibus et Opinione

nam formalis: in dialectica vero sufficit consequentia esse bonam sine formalis: sine materialem. Unde differunt secundum: quia per syllogismum demonstrativum intellectus cogitur assentire conclusioni probate per eam: non autem cogitur per syllogismum dialecticum: sed e contra: potest quis dubitare de conclusione: immo et dissentire et. Tertio: quia per syllogismum demonstrativum tam in demonstratione: quam in demonstratione: propter quid: debet esse verum: et certissime in sua veritate: sed per syllogismum dialecticum satis est quod sint probabiles: id est: appareant vere omnibus hominibus: aut pluribus: aut saltem viris sapientibus. Et hac sequitur alia similis et quarta differentia in conclusionibus istorum syllogismorum: nam demonstrationis conclusio debet esse vera et necessaria: non autem conclusio dialectice argumentationis: sed sufficit quod sit probabiliter vera. Quinta differentia est: quod ars dialectica potest sua argumentatione probare veritates duarum contradicto: ian: sed ars demonstrativa solum unam earum potest probare: aut enim Aristoteles quod non interrogat: sed demonstrat. Sexto differunt: quia demonstratio procedit ex primis veris et immediatis: aut ex his quod prima et vera et immediata sine cognitionis sumperunt principia. In dialectica vero argumentatione hoc non requiritur: sed sufficit quod cum primis sint probabiles: propositio: sine mediate sine immediate: necessarie aut contingentes. Et ostendit et alie plures differentie assignari: sed ille nunc sufficiant. Scientia vero et opinio primo conveniunt in suo genere: quia utraque earum est noticia adheiva. id est: assensus conclusionis probate per syllogismum. Secundo quia sicut scientia aliquando est noticia actualis: aliquando vero est habitus derelictus et frequenter actibus eiusdem specierata etiam distinguuntur duplex opinio actualis et habitualis. Tertio conveniunt: quia sunt noticia intellectiva: et neutra earum noticia sensitiva exterior aut interior: que dicitur memoria vel experimentum. Quarto: quia tam scientia quam opinio potest variis modis acquiri in nobis. sive per inventionem probam: vel per disciplinam a preceptoribus: vel per infusionem a deo. Et dicitur sequitur quomodo: quod nec opinio scientia nec opinio opinio acquiri fit in nobis immediate per argumentationem probatam: hoc patet primo de principis argumentationis probatam: secundo de noticia habituali generata ex assuetudine actuum: tertio de noticia actuali elicta ex inclinatione habitus. Differentia tamen scientia et opinio. Primo: quia scientia est noticia conclusionis evidens et clarissima: sed opinio obscuritate habet multam. Secundo: quia scientia est firma et certissima adheivo vel assensus conclusionis: opinio vero habet formidinem et vacillat. Tertio differunt in obiectis quia scientia est solum probabilis: quod potest esse vera et falsa: nihil enim prohibet quodam falsa esse probabilis: immo et probabiliora quibusdam veris. Quarto quia scientia prope loquendo non potest esse de principis demonstrationis: de quibus tamen potest esse opinio: tum per argumentationem: tum etiam sine ea. Hec de scientia et opinione. Et preter eas tamen sunt alie noticia infirmiores: si des: suspicio: eductura sine solertia: et alie huiusmodi: de quibus esset magis rhetoris quam logici disputare: vnde Aristoteles inter hos habitus solum scientiam vocat virtutem intellectuales: cum sapientia: intellectu: prout

4 Conueniunt quinq.

5 Differentia quatuor.

6

dentia et arte: eo quod intellectus per eas semper veritas est. Per opinionem vero et alios habitus eam sequentes intellectus sepius decipitur et deficit a veritate. Verum theologi fidem inter virtutes intellectuales annumerant: eamque mediam opinionem et scientiam faciunt: sed ipsi de fide diuina non de humana sunt intelligendi: de qua sola philosophi locuti sunt. Et scholium sine glossa. Absoluta demonstrativa arte modo. In introducto secundo habet locum in argumentationibus probatam. Et quia tota hec disciplina inuenitur locis dialecticis: ideo principalis huius sexti libelli titulus est de locis dialecticis. Dialectice definitionem ex primo libro topicorum Aristoteles accepit: magis apte recentior. Hec in hoc loco est antiquior in principio summatim: et postea: hoc ars est inquisitionis veritatis: aut inuentiva media: plurimum ad eandem conclusionem probanda: et hoc dicitur ad differentiam artis demonstrative: que est analytica: id est: resoluitiva ad unum et certum medium conclusionis probatum. Hinc etiam quod dialectica habet viam possibilitatem ad omnium methodorum. Scientiarum principia probanda: quia licet principia non possunt demonstrari: probantur tamen probari dialectice. Sed melior sensus huius clausule esset: quod dialectica habet viam ad principia omnium scientiarum: quia potest ex cuiuslibet scientie principis arguere ad probandum quancumque conclusionem cuiuscumque scientie: quia ut dicitur in primo libro posteriorum: dialectica in suo modo probandi non est diffinitio: quod quorundam. id est: determinatorum principiorum: nec generis cuiusvis determinati: sed indifferenter a quocumque genere scibili. Ad eundem sensum Aristoteles arte dialecticam aggrediens ait: propositum huius negotii est methodum tradere: quod poterimus de omni problemate syllogizare. Quod ars ista est adeo generalis et diffusa: quod ea homo potest arguere ad quancumque propositum probandum aut improbandum. Autor vero huius libelli in primis ex comparatione dialectice ad demonstrativam docere vult eius qualitates et naturam. Hanc comparationem primo facit in argumentationibus: que sunt instrumenta probatarum: deinde in noticiis que acquiruntur ex illis argumentationibus: nam argumentatio demonstrativa parit scientiam: dialectica opinionem. In primis autem argumentationum convenientia: citat autor ea que de argumentatione probatam in genere dixerat in primo capite quinti libelli precedentis: quatenus inde elicit declarationem diffinitivam syllogismi probativi. scilicet oratio in qua premissis positis et concessis: necesse est ex eis sequi et concedi conclusionem: hoc in utraque argumentatione apparet. Secunde convenientie rationem addit: quia ignota et dubia conclusio: non potest fieri notata certa: premissis que ignotas: et dubias ipsa conclusione probanda: esset enim petitio principii et non probatio: oportet ergo premissas esse notatas conclusionem aut saltem magis creditas esse veras. Tertia convenientia de conclusione probanda: satis clara est: quia propositio necessaria bene potest probari dialectice: immo multe sunt propositioes necessarie que non possunt demonstrative probari: sed solum dialectice: ut principia immediata. Quarta convenientie rationem autor ipse assignat: ex dictis supra in capite primo quinti libelli: ubi argumentationes vere probative

probative diuise sunt contra sophisticas et falligaphas: ergo sicut demonstrativa ita et dialectica argumentatione est causativa vere noticie de sua conclusione: que non sit multum certa. Et his quatuor convenientiis potest facilliter ingeniosus quisque plures alias elucere: ut quod utraque istarum argumentationum potest variari per affirmatiuam et negatiuam: potest fieri et ad impossibile: et per alias differentias quas superius in capite septimo quinti libelli circa demonstrationes posuit autor. Differentiarum quas ponit inter has argumentationes: Prima ex eo patet quia ars demonstrativa dicitur analytica sicut et ars syllogismorum: quia utraque earum resoluta et consequentia et consequens ad certa et in dubitata principia: sed regula artis dialectice: que et loci dicitur: omnes fere determinat certas terminorum conditiones in quibus fiant consequentie dialectice. Secunda differentia ex prima sequitur: si enim tam antecedens que consequentia argumentationis sunt evidentes: impossibile est intellectum si aduertat: non assentire conclusioni ex eis deducte. huiusmodi est syllogismus demonstrativus: in dialectico vero nec antecedens est omnino certum: nec consequentia est evidens: non ergo committit intellectum ad assentiendum conclusioni probate. Tertia et quarta differentie de varia qualitate propositionum utriusque argumentationis: siue sint premissae sine conclusionibus: notissime sunt ex dictis supra in capite 5. quinti libelli. scilicet: scientia et demonstratio sunt solum de necessariis: et de incorruptibilibus. et ad argumentationem dialecticam sufficit quod propositioes sint probabiles. Et quia duarum contradicto: quarum quilibet potest esse probabilis: non autem quilibet potest esse necessaria: ideo quinta differentia habet quod argumentatio dialectica interrogat et respondet de utraque parte contradicto: demonstrativa autem non nisi de una: quam assumpsit probandam. Sexta differentia sumit ex primo libro topicorum: ubi ponitur ille diffinitio hanc argumentationum differentes: accipit. n. illic demonstrationem communitur. id est: sine faciat scire simpliciter et secundum quipsum: sine alio modo: dialectica vero argumentatione dimodo: propositioes sint probabiles et apparet vere: de nulla alia earum conditione curam habet: hoc est: an sint principia: an conclusiones: an propositioes medite an immediate: contingentes vel necessarie. et. sed hec satis sint de istarum argumentationum comparationibus. Et veniamus ad comparationem noticiarum scientie videlicet et opinionis. Prima earum convenientia intendit: quod scientia et opinio sunt de conclusione probata ut de obiecto proprio: vnde neutra eorum est propositio aut res complexa: sed est una simplex et unita: que intellectus conclusioni assentit. Circa secundam aduertit: quod sola scientia vel opinio actualis est noticia: nam habitus est multis actibus derelictus: est quodam assuetudo potentie: qua inclinatur ad promptum et facilliter succedens actus qui sunt noticiabitus ergo non est noticia sed inclinatio ad noticiam. Tertia convenientia damnat multos probantia: qui putant quod experientia est scientia et coniectura vel solertia est opinio. quamvis ergo noticia sensitiva sit prima ad scientiam et opinionem: tamen neutra earum est sensitiva noticia. Quarta ponit tres modos principales acquirendi scientiam vel opinionem. scilicet: per inventionem propriam: per disciplinam ab alio acceptam: per auditam: vel per infusionem mira-

habitu non est nota

culosam a deo: ut patet in Adam: in Salomone: in apostolis Christi. Et hac inferitur quinta convenientia: quod non omnis scientia vel opinio causatur in nobis immediate per argumentationem probatam: ut patet ex dictis: probat etiam idem autor tripheter. Primo: quia non omnia principia argumentationis dialectice de quibus est opinio: probata sunt syllogismo: alias esset processus in infinitum. principia etiam demonstrationis de quibus est scientia largo modo: non probantur sed supponunt. scientia insuper habitualis similiter et opinio non accipit immediate per argumentationem: sed ex actibus frequentatis: et tertio quia actus scientie vel opinionis sepius elicitur immediate ex habitu. Sed quis scientia et opinio probantur modis convenientibus: habenti tamen nonnullas differentias: nam scientia est assensus firmus et evidens conclusionis demonstrate: opinio vero oblectivitate et formidinem habet de veritate conclusionis probate dialectice ratione. Item obiectum scientie est solum verum: opinionis autem verum aut falsum: quia solum verum est scibile: sed tam falsum quam verum est probabile. Adulter enim propones false contrarie articulis fidei catholice su ut probabiles in lumine naturali: immo et sunt probabiles que opposite veritatis catholice: ut patet de articulis trinitatis: incarnationis: resurrectionis. et. Demum multarum propositioum verarum potest esse opinio: quarum non potest esse scientia: nisi largo modo accipitur scientia. scilicet: prout se extendit ad intellectum et scientiam. et huiusmodi sunt principia immediata demonstrationis: nam de eis potest haberi opinio aliquando per argumentationem dialecticam: aliquando sine ea: ut supra dicitur. Hactenus de scientia et opinione. Sed quia Aristoteles in fine primi libri posteriorum fecit mentionem de quibusdam aliis noticiis intellectualibus: ad quas comparavit scientiam et opinionem: ideo autor iste expediens eas dicit: quod ille prope sunt de consideratione rhetoris: non autem logici: vnde nec proprie sunt dicende virtutes intellectuales: est enim de ratione virtutis inclinare ad bonum immobiliter: bonum autem intellectus est verum: et malum eius falsum est. Solum est illi habitus intellectui sunt dicendi virtutes quod ipse in virtutibus semper dicit verum et nunquam decipitur: et illi sunt intellectuales: quod intellectus: sapientia: scientia: prudentia: et actualis. De opinione autem dicitur est quod inclinatur indifferenter ad verum et ad falsum: ideo non est virtus intellectiva: et multo minus alie infirmiores ea: ut fides: suspicio: solertia. et. De fide tamen autor ponit distinctionem: nam est quedam fides humana de qua loquitur philosophus: alia est fides diuina que et theologalis virtus dicitur in sacris literis: fides humana est assensus alicuius propositiois propter autoritatem alicuius hominis cui assensus esse fides vera: et hinc sumit locus ab autoritate: hec fides parvum habitus certitudinem: eo quod scriptura dicit psalm. 115. nam omnis homo mendax. id est: fallibilis: quia et falli et fallere potest: ergo fides humana non est dicenda virtus intellectiva: quia non semper inclinatur ad verum. Fides dei fides reuelantis eam: et quia deus nec falli potest: nec fallere non potest: est enim fidelis deus: ut dicit apostolus: et negare seipsum non potest: ideo fides diuina semper inclinatur ad verum: est ergo virtus intellectiva.

Summa de locis dialecticis



lis. Et de hac loquētes theologi dicunt qd est noticia qdam media inter sciētiam & opinōē: habet. n. certissimam firmitatē: sed non euidētiam & claritatē veritatis. ait nāq; apostolus p̄ime Cor. ij. qd videmus nunc deum p̄ speculū creaturā in enigmate. i. obscurē: p̄ p̄mā conditionē fides connenit sciētīe: que ē certissima & firma ad bēo veritati demōstratē: immo bec fides est firmior sciētīe: p̄ secundā convenit opinio: nī: qd est noticia obscura: ad fidē. n. non sufficit ratio p̄ batiua vitatis: sed requiritur etiā pia affectio ad cum qui veritatē illā credēdam p̄ponit: qd ex affectōe p̄tamus cum veracē dei nūcium: vñ certā ei ex bēo fidem in dictis suis.

Caput secundū: de omnimodis locorum diversitatibus.

Quia vero tota ars dialectica innititur locis qui bñs li 1. Opus ē: vt imp̄mis locū diffiniamus: bell. mus: quatenus deinde modōs arguēdi p̄ eas cogno scere valeamus. Est autē locus dialecticus sedes arguēdi: id est regula confirmatiua toti? arguēti: cuius antecedēs sup̄ius diximus arguēti: hoc debz cō notius consequēte ad hoc qd arguētiatio sit probatiua. Solet etiā loc? dici terminus ex quo formatur regula dialectica: vñ & duplex dī stinguitur locus. s. locus marime: & locus differentia marime. Locus marime est regula (vt diximus) arguētiatio: cuius confirmatiua: vt bec: & c. quo cumq; p̄dicatur diffinitio & diffinitū: & alie plures bu lusinodi: qd & marima ppō dicitur: quia ex terminis suis: est notissima: cum sit dignitas & p̄ se nota ppō.

Locus differentia marime est terminus ex quo marima constituitur: vt ille terminus diffinitio aut diffinitū: & dicitur differentia marime: quia p̄ eā vna marima diffinitio: ab alia: qd ex alio termino est constituta. Et quis marima quibet ex duobus terminis cōstituitur: ideo locus differentia marime ē duplex: alius dicitur terminus inferēs: & alter terminus illatus: qd vñ & dicitur denominat terminū inferētē arguētiatio: & alter terminus illatū. Vocatur autē terminus inferēs qd ponit in antecedēte arguētiatio: & dicitur terminus illatus qd ponit in consequēte. e contra vero terminus illatus ponit in consequēte non in antecedēte: vt in hac arguētiatio: Detrusus est animal rationale: qd Detrusus ē hō: ly animal rationale ē terminus inferēs: & hō est terminus illatus. Locus differentia marime denominās ly animal rationale dicitur terminus inferēs. s. hoc nomē diffinitio: & ille qd denominat ly hō: dicitur terminus illatus. s. diffinitū. In locoq; hō denominatiōe hoc ē obseruandū: qd loc? semp̄ denominatur a termino inferētē & non a termino illato. vñ p̄dicta arguētiatio denominari debz a diffinitione ad diffinitū: & nō e cōtra.

At p̄ diuisione loci in suas spēs: sufficiens erit: vt loquens differentia marime diuidat: nā marime per suos terminos discernit: & totidē p̄ se sunt spēs marime. Locus quoq; & terminus ex quibus ille constituitur. Locus intrinsecus ergo differentia marime tres sunt spēs subalterne: locus intrinsecus: loc? extrinsecus: & locus medius. Locus intrinsecus ē quādo terminus marime denominat terminos arguētiatio inferētē & illatū: qui de se inuicem verificantur in recto: aut salē vnus eorum si

gnificat partem vel causam rei significatē p̄ alterum: quales sunt diffinitio & diffinitū: causa & effectus: totum & pars. Locus extrinsecus est: quando termini marime denominant terminos arguētiatio inferētē & illatū: qui nullo p̄dictorū modorū subipsis cōueniunt: vt contraria: disparata. & c. Locus medi? (vt ex nomine constat) denotat qd terminus inferēs: & il latus arguētiatio: & diffinitū: partim conueniunt: & partim differunt a seipsis: vt coniugata: casus. & c. Quia istarum specierū locus intrinsecus iterum in duas diuiditur: iuxta duas partes siue diffinitionis: earum altera dicitur locus a substantia: altera locus concomitantibus substantiā. Locus a substantia dicitur quādo terminus inferēs & terminus illatus in arguētiatio de seipsis inuicem p̄dicatur in recto: vt diffinitio & diffinitū. Locus a concomitantibus substantiā ē qd alteruter duorum terminorū arguētiatio si gnificat partem vel causam rei significatē p̄ alterū: vt totum & pars: causa & effectus. Locus iterum a substantia tres tantum habet species specialissimas: qd sunt: locus a diffinitione & diffinito: a definitione & descriptio: ab interpretatione & interpretato. Diffinitio est oratio explicans nomē conuertibiliter p̄ eius p̄dicata essentialia: sūnt genus & differentia: & nomen sic explicatū dicitur diffinitio: vt animal rationale est diffinitio: & homo est diffinitū: quādo ergo terminus inferēs in arguētiatio fuerit diffinitio: & terminus illatus fuerit diffinitū: dicitur locus a diffinitione ad diffinitū: si autē e contra: erit locus a diffinito ad diffinitionē. Descriptio est oratio explicans nomē conuertibiliter p̄ gen? & propriū vt accidēs eius: & nomen sic explicatū dicitur descriptio: vt animal est risibile ē descriptio hominis: & p̄t variari locus a descriptio: one ad descriptio: e contra a descriptio ad descriptio. Interpretatio est vocabuli minus notū declaratio cōuertibilis p̄ aliud magis notū. Et vocabuli declaratio alterū dicitur interpretatio: declaratiō vō est interpretatio: vt amator sapiētie est interpretatio huius nominis philosphus: & p̄t variari iste locus ab interpretatione ad interpretatū & e contra. Locus a cōcomitantibus substantiam hēt spēs istas: a toto & parte: a causa & effectū: a gnatione & genito: a corruptione & corrupto: ab usu & vilitate: & a cōmunitate accidentibus. Locus a toto ad partē dicitur quādo terminus inferēs arguētiatio ē nomē toti? & terminus illatus ē nomē partis: e cōtra vero loc? a parte ad totū dicitur qd terminus inferēs ē nomē partis: & terminus illatus ē nomē toti? vt dom? & paries. Locus a causa ad effectū: & e cōtra ab effectū ad causam: cōsimiliter possent diffiniri p̄ nōia cause & effectus: vt ignis & calor. Gnatio ē rei p̄ductio de nō eē ad eē: genitū dicitur id quod p̄ductū ē. Corruptio ē rei mutatio de esse ad nō eē. Corruptū est quod dicitur eē: vñ apparet quomodo debeat diffiniri loc? a generatione ad genitū & e cōtra: loc? a corruptione ad corruptū & e cōtra. Vltis est rei opatio: vilitatē vō dicitur id cuius est vltis. vñ p̄tet qd sit locus ab usu ad vilitatē & e cōtra. Locus a cōcomitantibus substantiam quorū vnū semper aut frequenter sequitur ad alterum: habetq; inter se ordinē prioris & posterioris: vt penitēt & deliquit: vñ pars diffinitio huius loci a cōiter accidētibus. s. quādo sit arguētiatio a nomine vnus ad nomē alterius. & c.

tamen predictae oēs sex spēs sunt specialissime. Locus enim a toto ad partem est quadruplex. s. a toto in quantitate: a toto in universali: a toto in modo: & a toto in intentione: & totidē correspondēt eis loci a parte ad totū. Locus in quantitate ē terminus cōis signo vniuersali: distributus: vt omnis homo: pars ē? est idē terminus? signo particulari determinat? aut sine signo acceptus: vt alius homo: vel homo. Totū vniuersale ē gen? sup̄ius in coordinatione p̄dicamētali. Pars subiectiva ē spēs ei? vel quodlibet inferens essentialiter ad ipsum: vt animal ē totū: homo vel Socrates est pars. Totū in modo est terminus cōis sine determinatione acceptus: vt homo: pars in modo est idē terminus acceptus cō determinatione accidentalī nō diminutē: vt hō alb?. Accidentalīs determinatio ē p̄dicabile propriū vel accidēs. hanc alias diximus modum nominis. Legnotur autē esse determinatio non diminutē: quādo totum aggregatum ex substantiā & adiectiua p̄t vt re dicitur quodlibet eorum seorsum: e contra: vt homo albus est homo: homo albus est albus: & e contra: homo est homo albus: & alb? est homo albus: quod si non contingat: erit determinatio diminutē: vt homo pictus: mortuus. & c. & tunc non vocatur pars in modo: sed dicitur secundum quid. Locus integrale hic dicitur nomen significans rem cōpositam ex multis: vt domus: pars integralis est nomen significans seorsum aliquod vnū illorū cōponētium: vt paries: tectū. Istos vniuersinodi pars duplex. s. altera principalis puta illa sine qd totū esse non p̄t: & altera minor: principalis sine qua totū esse p̄t: vt lapis tegula. Et bis facile & diffinitio loci secundū huiusmodi totū & partes eorū. Similiter loc? a causa ad effectū distinguitur quadruplex secundū quatuor generā causā sārū. s. locus a causa materiali: a causa formali: a causa efficiente & a causa finali: & correspondēt eis totidē loci ab effectibus eorum. Causa materialis in hoc loco vocatur nomen significans id qd quo fit aliquid: causa formalis per quam existit aliquid: efficiens a qua fit aliquid: causa finalis p̄pter quam fit res. E contra etiam effectus est nomen significans id quod ex aliquid: per aliquid: aut aliquid: aut aliquid gratia fit. Et in quolibet genere cause potest distingui causa totalis & partialis: causa sufficiens & insufficientis: causa necessaria & non necessaria. Hactenus de locis intrinsecis.

Scholium sine glossa. Dialecticam artem Aristoteles diffuse satis tradidit in octo libris topicorū: id est locorum: nam topicus grece loc? est latine: & distinguit eam per quatuor predicata principalia: que sunt: accidēs: genus: propriū: & diffinitio: & penes ea sumuntur omnia problemata que habent terminari per artem dialecticam: vñ in istis principiis eius in primo libro topicorū: secundus & tertius sunt de problematibus accidentis: quartus liber est de problematibus generis: quintus de problematibus proprii: sextus cum septimo de problematibus diffinitionis: octavus deniq; agit de causis arguentis & respondentis in disputatiōe dialectica. At qd in editione illa Aristoteles ad diuersa p̄posita sepi? eisdē repetit regulas: vñ vñ est Boetio & Boetio quibusdam alijs posterioribus libris topicorū in cōpensatione tradere & modo introductorio: vbi nulla regula

dialectica bis repetat. Hōs insequēs: s. Petrus Hispanus antiquorū in hoc sexto summularum libello ad hunc breuē? totam artem dialecticā cōplectus ē. A quo recentior? Petrus? est nō discreper in sensu: in verbis tamē sepi? magis logice loquitur: vnde omnium locorū dialecticorum diffinitioes & diuisiones imp̄mis hoc vnico capite recitādo absoluit: deinde vero modos arguēdi p̄ singulos locos euidētissime docet. Diffinitio cōis loquens. s. sedes arguētiatio: cuius data sit p̄ metaphorā con quō est tra regulam sexti libri topicorū: tamē statim posita ē sedes arguētiatio declaratiō: regula. n. confirmatiua arguētiatio gūmēt nis dialectice dicitur sedes siue loc? ei? ad similitudinē loci naturalis: qd vt dicit in quarto libro physicorū: est cōseruatiō rei locatē: eodē modo regula dialectica cōseruat: confirmat & probat arguētiatioem per eam factam: vnde ille gentilius arguētiatio in hac diffinitione improprie accepti pro tota arguētiatioe cōposita ex antecedēte & consequēte: & non pro solo antecedente: sicut supra in primo capite gnti libelli: de quo tamen addidit hic qd debet esse notius consequēte: ad hoc qd arguētiatio sit probatiua: nam secus est tpe titio principij. Ad hoc tamen vt predicta loci diffinitio careat scrupulo: debet addi ei particula bec. Locus est regula confirmatiua arguētiatiois dialectice: vel principium regule. Primum dicitur propter marima: s. sicut propter differentia marime: de quibus subditur diuilio: vnde locus marima debet intelligi appositue. i. locus qui est differentia marime a marima. Hōrum membrorum diffinitiones & nomina variatōes in litera sunt notissime. Et quas in hoc loco marimas vt cat autor: superius in capite sexto quinti libelli vocauit dignitates. Inter est tamē hoc: quia dignitas est nomen commune ad omnem propositionem per se notam in quacūq; scientia: s. prima est propositio per se nota in sola logica: immo in sola arte dialectica: vnde omnis marima est dignitas: sed non e contra. marima ergo semper est cōposita ex terminis secunde impositionis logice. Et quia quilibet earum constat ex duobus terminis si byphis relatiue oppositis: quales sunt diffinitio & diffinitum: totum & pars: causa & effectus: ideo autor illos duos terminos discernens: vocat eos inferentem & illatum. Hec tamen duo nomina terminus inferens & terminus illatus: duobus modis accipi possunt. Primo vt supponunt pro terminis prime impositionis arguētiatiois dialectice: quales est illa quam autor facit in litera: nam ly animal rationale est terminus inferens: & ly homo est terminus illatus: & ita in quacūq; alia arguētiatioe dialectica. Secundo accipiuntur bec nomina vt supponunt pro terminis secunde impositionis ex quibus marima logica constituitur: cuiusmodi sunt isti duo: diffinitio: & diffinitum: ex quibus componit marima confirmatiua predictae arguētiatiois. Et vterq; modo diffinitio antor: bec duo nomina: sed in artificio hui? secundi capituli debent accipi secundo modo: ita est intelligenda illa diuilio: qd locus differentia marime est duplex: alter. s. inferens: & alter illatus: sensus est: quod terminorū constituentium marimam dialecticam: alter denominat terminum inferentem arguētiatiois dialectice: & alter denomi-

Declaratiōis loci.

Diuilio locorū.

Marima & dignitas diffinitio.

Duplex acceptio terminorum.



nat terminum illatu: unde in ista argumentatione: Petrus est animal rationale: ergo Petrus est vobis locus maxima: cum ipsa insidet seu innitit est hoc propositio: De quocumq; predicatur diffinitio: de eodem predicari debet et diffinitio: eius primus terminus: scilicet diffinitio denominat terminum inferentem dicitur argumentationis qui est ly animal rationale: et secundus terminus: scilicet diffinitum denominat terminum illatum qui erat ly homo. et propter hanc denominationem diffinitio vocatur terminus inferens: et diffinitum terminus illatus: ita diceretur de omnibus alijs maximis dialecticis. Et si quereretur alijs per quem locum facta fuit dicta argumentatio: vtrū per locum a diffinitione: an per locum a diffinitione: postea dicitur: quod locus debet nominari a termino inferente et non ab illato. et quia in predicto exemplo diffinitio erat terminus inferens: diffinitum autem erat terminus illatus: ideo argumentatio facta est per locum a diffinitione ad diffinitum et non contra. Et post generalis loci diffinitionem: et divisionem eius in duas species subalternas: antequam auctor procedat ad ulteriorem divisionem earum: excusatque a sub divisione vnus earum: ut methodus: hoc fiat breuior eo quod per alteram divisionem facile possit intelligi alteram: tunc quia loci maxime discernuntur per suos terminos: tunc etiam quia hec duo genera correspondentes sibi habent species in equali numero earum. Ergo sufficiens erit ut locus differetia maxime diuidatur in suas species: et per eas intelligantur totidem species loci maxime: regio correspondentes eis. Et species loci diffinitive maxime tres ponuntur: locus intrinsecus: extrinsecus: et locus medius: quarum diffinitiones alibi Petro receptioze posite clarissime sunt: et clarificantes eas quod antiquior Petrus posuerat: nam ut iam diximus: iste tractatus nactus eruditior: magis logicę pcedit quod ille: qui in eate consula scribens dixerat. Locus intrinsecus est quando sumitur argumentum ab his quod sunt de substantia rei. locus extrinsecus quando sumitur ab his que omnino sunt parata sunt a substantia rei. Locus medius quando argumentum sumitur ab his que partim conueniunt et partim differunt a terminis in questione positus: Et infra. Locus a substantia dicitur quando sumitur argumentum ab his que sunt de substantia terminorum in questione positus: sed locus a concomitantibus substantia: quando sumitur argumentum ab his que consequuntur terminos in questione positos. etc. que si aliquem verum sensum logicum habeant: non est nisi ille quem suus diffinitionibus explicat auctor recentior. Diffinitio loci inter se diffinitive posita est: propter duas species eius ibidem explicatas: prima namque pars diffinitionis conuenit loco a substantia: altera concomitanti loco a concomitantibus substantia. Hinc notum rationes facile cognoscuntur: si substantia logicę accipitur pro essentiali predicatione in recto: concomitantia substantiam predicatur essentialiter in obliquo: quales sunt diffinitiones causales. De differetia inter diffinitionem et descriptionem: et de diffinitionum diuersis species satis clare dicitur in ultimo capite quinti libelli pcedentis. Interpretatio aliquando sumitur large: ita plures diffinitionem precipue quod nominis vocat interpretacionem: in hoc loco accipitur prope declaracione incompleta vnus vocabuli per alterum: quales erant plures nominum interpretationes apud Latinos: et

Tres diffinitiones consue

Interpretatio multipler

hec interpretatio aliquando fit in diuerso idiomate: ut philosophus grece: amator sapietie latine: geber bebraice: lapis latine: licos grece. et ita sanctus Hieronymus fecit libri etimologiarum: et beatus Remigius interpretaciones nominum bebraicorum. Aliquando interpretatio fit in eodem idiomate sed non in eadem sciencia: ut dictionem grammatice terminus in logica: longitudo in physica dicitur: linea: in geometria. etc. Aliqui in eodem idiomate et in eadem sciencia: ut pars orationis est idem quod dictionem in grammatice. Quocumque ergo istorum modorum interpretatio: est locus arguendi ab interpretacione ad interpretatum: vel contra: et variatur tot modis quot et locus a diffinitione ad diffinitum et e contra. Diffinitio loci a concomitantibus substantia in se species: et pfectio illarum specierum satis manifesta est in litera auctoris: nec indiget ulteriori declaratione: quousque veniamus ad modos arguendi per istos locos: excepto eo quod dicitur est de toto in modo et de parte eius: vbi auctor citat id quod dixerat in capitulo vij. primi libelli de modo et ratione modalium: nam ibi inter alios modos positus est modus notus. adiectiuum est modus notus substantiuum: et obliquus est modus siue determinatio sui recti. etc. Adiectiuum in se per determinatio notus substantiuum est duplex: nam si sit determinatio diminutiuus: remouens aut alienans nomen substantiuum: non erit pars in modo: sed dicitur secundum quod: ut homo pictus: lapis cæcus: imaginatus: mortuus. etc. et ab huiusmodi determinatione non sumitur locus dialecticus: sed locus sophisticus: quod dicitur a secundum quod ad simpliciter vel e contra: de quo infra in libro septimo. Si vero adiectiuum determinatio non fuerit predictis modis variis substantiuum significationem: erit tale aggregatum pars in modo: et ab ea sumitur locus dialecticus: de quo hic est sermo.

Secunda pars huius capitis de locis extrinsecis et medijs.

Quid vero sit locus extrinsecus: iam dictum est: eius sunt octo species istæ: locus ab oppositio: a disparitate: a maiore: a minore: a similitudine: a proportione: a transumptione. Opposita de quibus hic loquimur sunt incompleta dicibilia que nec de seipsis nec de eodem tertio simul verificari possunt: sed bene succedunt sine: ut albus et niger: videns et cæcus. Disparata vero nec simul nec successiue de eodem verificari possunt: ut homo et lapis. Et oppositorum posuimus quatuor species in postpreparationibus: relativa: contraria: pmutata. et contradictoria: in quibus omnium sunt loci dialectici: quos sunt sepius argumentationes pbabiles. Ad maius vero et minus in hoc proposito: non a quantitate continua vel discreta sumenda sunt: sed ab apparentia veritatis. ita ut maius dicatur id quod est verisimilius: minus vero: quod minorem habet apparentiam. Veritatis apparetiam. Proportio autem est talis habitudo vnus ad alterum: qualis est inter alia duo. Auctor est ille qui in aliqua arte siue sciencia expertus siue pbatus habetur. Auctoritas ergo est auctoris dictum bene et vere assertum. Transumptio est transmutatio facta a nomine rei metaphorice ad nomen eiusdem rei propter similitudinem. Et omnes iste octo species videntur specialissime. Sub loco tamē a proportione intelligitur locus a proportionalitate. scilicet quando ex vna proportione inferitur altera: tati.

Dico in modo

Locus ab op

A maior

A ppe

A ppe

hoc multis modis. sed eorum vulgarissimus est locus a transmutata proportione: et est quando quatuor terminorum vnus se habet ad secundum sicut tertius ad quartum: et inde inferitur quod sicut primus se habet ad tertium: ita et secundus ad quartum se habet. Hec de locis extrinsecis. Locus medius iam diffinitus est tres precipue habet species istas: a coniugatis: a casualibus et a diuisione. Coniugata sunt duo nomina que conueniunt in principio dictionis: et differunt in fine: uti albedo et albus: hec in predicamentis dicta sunt denominationes et denominatiua: siue abstracta et concreta. Casus vero sunt coniugatorum aduerbia: ut in se: prudenter. Diuisio in opposito: est termini comunioris in alios terminus communis intensionalis distributio. scilicet quoad eius significata. Et est duplex diuisio. scilicet equiuocum et vniuocum diuisibilis: que nota in principio predicamentorum declarata sunt: et diuisio equiuocum duplex est. equiuoca a casu: et equiuoca a consilio. Vniuocum etiam diuisio secundum hoc dicitur se habet species tres per se: totidem per accidens. Diuisio vnica per se sunt: diuisio generis in species: generis in differentias: et totius in modum in suas partes. Diuisiones per se vnice sunt: diuisio subiecti in accidentia: accidentis in subiecta: et accidentis in accidentia. Hinc dicitur locorum varietates ex Boetio acceptas: Aristoteles quatuor alias posuit: puta et locis intrinsecis: a toto in loco: a toto in tempore: a toto in materiali: et a toto collectiuo ad suas partes: et contra sunt loca a partibus ad sua tota. Et locus extrinsecus Aristoteles posuit locum ab appositione: et ablatione: scilicet quod aliquid alteri apponitur vel ab eo auferitur: et eo quod inde resultat arguitur ad illud quod fuit appositum vel ablatum. Hinc locos diligens auctor sepius inuenit in libris topicorum apud Aristotelem. Scholium siue glossa.

Quia hic extra litteram recitioris auctoris sunt regredia: quoniam ipsa est satis de se manifesta: nam ablata antiquioris Petri confusione: eius sententia clarissime patet. Que dictabilia sunt opposita et que disparata patet supra in vltimo capite tertij libelli: tum in tertio auctoris: tum etiam in nostro commentario: vbi inter opposita et disparata hoc positum est: scilicet quod opposita habent fieri circa idem subiectum: non qui dem simul sed successiue. disparata vero nullo modo possunt verificari de seipsis nec de eodem subiecto: intellige vniuocum accepta et seclusa ampliatione. etc. et hoc ad euitandas cautiones sophisticarum. Oppositorum incompletorum quatuor species vbi supra etiam declarate sunt et in eis omnibus notantur loci dialectici ad faciendas argumentationes. Locum a maiore et a minore appellat a fortiori. validiori ratione: et hoc idem est eo quod auctor verisimiliter dicit. Contra vero locus a maiore est a debilitati et minus apparente veritate. Inter maius et minus medium locum tenet equale: quod auctor simile dicit. et eque apparens esse verum cum alio. Hinc locus a proportione etiam similitudinem et equalitatem dicit inter duas proportiones: quousque res ipse similes non sunt: ut quemamodum se habet paterfamilias ad colendam suam vineam: ita deus vel bonus prelati ad regendam suam ecclesiam. Hinc modum arguendi mathematici appellant a proportionalitate: ut si licet sex erant tria: ita octo ad quatuor. Et distinguit sex modos arguendi in proportionalitate bus. scilicet a proportionalitate conuersa: pmutata: coniuncta:

Locus a fortiori

A maior

A ppe

diuincta: euerfa: et equa: sed auctor in littera de sola pmutata proportionalitate mentionem facit: eo quod illa sit frequentissima inter arguentes dialectice: tamen in predictis quatuor numeris possent omnes fere ille proportionalitates argumentari. scilicet conuersa: ut sicut. 6. ad. 3. ita. 8. ad. 4. sicut. 4. ad. 8. ita. 3. ad. 6. pmutata: ergo sicut. 6. ad. 8. ita. 3. ad. 4. conuersa: ergo sicut. 4. ad. 8. ita. 3. ad. 6. Disiuncta iterum separet: coniunctam: ergo sicut. 6. ad. 3. ita. 8. ad. 4. Euerfa potest esse contraria coniuncte aut disiuncte. Euerfa coniuncta hoc modo: ergo sicut. 4. 7. 8. ad. 8. ita. 3. 7. 6. ad. 6. Euerfa disiuncta: ergo sicut. 4. ad. 8. ita. 3. ad. 6. Facta hec consequentia debet accipi pro maiore propositione argumentationis dialectice: sub qua minor debet explicare que et qualis sit illa proportio conclusa in maiore dicens: sed talis numerus ad tale habet hanc proportionem: et tunc conclusio argumentationis dialectice debet explicare aliam similem proportionem inter alios numeros. Locus a transumptione per hoc differt a loco a nominis interpretatione: quod in illo vtriusque nomen erat proprium nomen rei: sed alterum altero magis notum. In hoc vero vnum nomen non proprie sed metaphorice significat rem illam: ut in plus: alterum vero est proprium rei nomen: ut rapar homo. De locis medijs: que hic dicitur coniugata. scilicet sub vnio ingo posita: sunt ea que in primo capite tertij libelli posita sunt denominatiua siue concreta: et a suis abstractis differunt solo casu. scilicet dictionis: conueniunt tamē in principio dictionis cum eis: quod est illis hec esse coniugata sub eodem principio: ut albedo et albus: iusticia et iustus. Et quia ab eis deriuant aduerbia: ut bene iuste: sapienter: etiam sumitur ab aduerbijs locus dialecticus dicitur a casibus: scilicet ab his que cadunt siue deriuant a coniugatis. Diuisio in hoc loco est nomen seculæ impositionis logicę: Diuisio et acceptum est per analogiam ad diuisionem physicam et realem: physica nam sicut diuisio reali vniuocum totum partem in plures partes: ut quod scinditur lignum aut lapis in frustra: ita diuisio intentionalis logica vniuocum eodem genus: quod est totum vniuocum: partem quoque ad sua significata in plures species vel differentias: quarum quilibet significat partem illorum significatorum que genus significabat: ut animal significat omnia mundi animalia: sed rationale vel homo significat quodammodo: et leo alia quodammodo: et ita: et sic de alijs speciebus atque differentijs. Et quia eodem illud diuisibile per minus: contra potest esse equiuocum vel vniuocum: ideo diuisio est duplex: vniuocum et equiuocum. Equiuocum ita est duplex. scilicet a casu: quod potest pure equiuocum: et equiuocum a consilio quod analogum dicitur. Vniuocum vero potest diuidi vel per sua inferiora per se: et dicitur diuisio per se ut generis in species: in differentias: et in partem in modum: vel diuiditur per inferiora alteri: coordinacionis que per accidens se habet ad genus diuisum: et dicitur diuisio per accidens: puta cum subiectum diuisiuitur per sua accidentia: ut animalium aliud sanum. aliud egrum: vel cum accidens diuiditur in sua subiecta: ut sanorum aliud homo: aliud brutum: vel cum accidens diuiditur per accidentia: ut alborum aliud dulce: aliud amarum. Hinc dicitur declarate sunt species locorum dialecticorum ex Boetio accepte: sed auctor recentior addit quodammodo alias in libris topicorum Aristotelis repta quod et Buri datus adiecit: et earum quodammodo pertinet ad locos intrinsecos a concomitantibus substantiam: puta locus a toto in

Concreta et abstracta

Diuisio et logica

Diuisio per se et per accidens

13

Summa Petri de locis dialecticis



loco ad suam partem: vel e contra: parte in loco ad suam totum: ut vbiq; est totum loco: hic vel ibi est pars in loco. Item locus a toto in tempore ad suam partem vel e contra: ut semp est totum: nunc vel hodie est pars in tempore: Itē locus a toto numerali: nam maior numerus ad minorem est totum: et minor ad maiorem et e contra: ut septē et quatuor. Itē locus a toto collectivo ad partem collectionis: ut populus est totum: et homo est pars: similiter numerus pluralis: ut boies est totum: singularis ut homo ē pars. Itē de copulato extremo: mo ē totū ad pponem de simplici extremo. Alii horum locorum ptinent ad locos extrinsecos: puta locus ab appositione et ablatione vnius rei ad alterā: ut apparet quid et quale est quod inde resultat: nam et e contra arguitur ad id quod appositū vel ablatum fuerat: ut p batur ipsum fuisse tale ut tale: ut inferius ostendit in modis arguendi per singulos locos.

Caput tertium: de modis arguendi per locos intrinsecos a substantia.

Dicitur diffinitiones et divisiones omnium locorum dialecticorum: restat ut modos arguendi per singulos eorum declararem: apponentes maxime argumētum totū confirmatiuum: et pcedemus eodem ordine quē in diffinitionibus et divisionibus obseruauimus. I. a locis intrinsecis a substantia extrinsecis facientes. Est tamē in primis supponendum q; maxime confirmatiue argumētationum: sunt verissime et propōnes p se note et terminati: si recte intelligantur alias essent falsē: recte eorum ientus est: q; termini argumētationū de quibus enunciantur accipiuntur psonaliter: vniuersē: et nō vbi nent appellationes: sine his enim cōditionib; nulla maxima dialectica inuenitur vera: ut et sequenti apparbit cōtemplo. Ergo pro omnibus locis intrinsecis a substantia sit hoc maxime gūalis. Quicquid conuenit aut discōuenit diffinitioni: descriptioni: aut interpretationi: similiter conuenit aut discōuenit diffinitioni: descriptio: aut interpretatio: et e contra: intelligi diffinitio et diffinitum: descriptio et descriptum: interpretatio et interpretatum accipiuntur psonaliter: et si illud quod eis conuenit aut discōuenit accipiat vniuersē: et eodem modo appellet in vtraq; propositione. Conuenit aliquid alicui in pposito est subiectū de vel predicandū de ipso veritatem: discōuenit vero est e contra q; eo negari. Et ista maxime gūali cleiuntur facile omēs maxime speciales ad huiusmodi locos pertinentēs. Locus itaq; a diffinitione ad diffinitum tenet constructiue et destructiue. affirmatiue et negatiue: et affirmatiue potest argui duobus modis: primo subiectiue: secundo p dīcādo diffinitionē et diffinitū. destructiue similiter pot fieri argumentum duobus modis: hoc est subiectiue vel p dīcādo diffinitionē et diffinitū: et ita a diffinitione ad diffinitū possunt quatuor modis fieri argumēta: et erunt quatuor eorum maxime confirmatiue. Primo affirmatiue et subiectiue: nec consequētia p locum a diffinitione ad diffinitum: maxima. Quicquid vere affirmatur de diffinitione: vere affirmatur de diffinito. Secundo affirmatiue et predicandū: Itē Petrus ē animal rationale: ergo Petrus est homo: val. t. consequētia p locum a diffinitione ad diffinitū. maxima. De quocūq; vere affirmatur diffinitio:

de eodē vere et diffinitū affirmatur. Tertio negatiue et subiectiue: ut animal rationale non ē lapis: ergo hō nō est lapis: consequētia est bona p locum a diffinitione ad diffinitū. maxima. Quicquid vere negatur de diffinitione: idē vere negatur de diffinito. Quarto argui pot negatiue et predicandū: ut lapis nō ē animal rationale: ergo lapis non est homo: tenet consequētia p locum a diffinitione ad diffinitū. maxima. De quocūq; vere negatur diffinitio: de eodē vere negatur diffinitum. Quinto diffinitio vero ad diffinitionē possunt fieri quatuor mētationes similiter quatuor modis. i. duobus affirmatiue: et duob; negatiue: et erunt quatuor maxime conuertētes p dīcātorum quatuor. Prima. Quicquid vere affirmatur de diffinitione: idē vere affirmatur de diffinito. Secunda. De quocūq; vere affirmatur diffinitum: de eodē vere affirmatur et diffinitio. Tertia. Quicquid vere negatur de diffinito: idē vere negatur et de diffinitione. Quarta. De quocūq; vere negatur diffinitum: de eodem vere negatur et diffinitio. Et argumētationes iste sunt clarissime in eisdem duobus terminis: homo: et animal rationale. Et a descriptione autē ad descriptū: et e contra ab interpretato ad interpretatū: similiter modis fierent quatuor maxime argumētationes: quater neq; maxime in his duobus terminis: homo et animal rationale. Deniq; ab interpretatione ad interpretatū: et e contra ab interpretatione ad interpretatū: similiter modis fierent quatuor maxime argumētationes: quater neq; maxime in his duob; terminis: philosophus: et amator sapiētie. Hos tamen per locos a substantia pleriq; sepius confundunt propter eorum similitudinē: omnia huiusmodi argumētata vocantes a diffinitione vel a diffinito. Et per locū etiam a diffinitione pot intelligi locus a diffinitione specifiā: et p locum a diffinito locus a specie ad suam diffinitionem specifiā: Similiter p locū a descriptione pot intelligi locus a propria passione: et p locum a descriptione locus a subiecto ad propriam passionē. Eodem modo p locū ab interpretatione ad interpretatū et e contra: pot intelligi locus a synonymo ad synonymum: interpretatio et interpretatum accipiuntur psonaliter: et si illud quod eis conuenit aut discōuenit accipiat vniuersē: et eodem modo appellet in vtraq; propositione. Conuenit aliquid alicui in pposito est subiectū de vel predicandū de ipso veritatem: discōuenit vero est e contra q; eo negari. Et ista maxime gūali cleiuntur facile omēs maxime speciales ad huiusmodi locos pertinentēs. Locus itaq; a diffinitione ad diffinitum tenet constructiue et destructiue. affirmatiue et negatiue: et affirmatiue potest argui duobus modis: primo subiectiue: secundo p dīcādo diffinitionē et diffinitū. destructiue similiter pot fieri argumentum duobus modis: hoc est subiectiue vel p dīcādo diffinitionē et diffinitū: et ita a diffinitione ad diffinitū possunt quatuor modis fieri argumēta: et erunt quatuor eorum maxime confirmatiue. Primo affirmatiue et subiectiue: nec consequētia p locum a diffinitione ad diffinitum: maxima. Quicquid vere affirmatur de diffinitione: vere affirmatur de diffinito. Secundo affirmatiue et predicandū: Itē Petrus ē animal rationale: ergo Petrus est homo: val. t. consequētia p locum a diffinitione ad diffinitū. maxima. De quocūq; vere affirmatur diffinitio:

Scholium sine glossa. Ceterū refert q; in hoc libello statim post diffinitionē cuiuslibet loci dialectici ponatur modus arguendi per ipsum: quod fecit Petrus Hispanus anteq; aut q; eorum seorsum ponantur omēs diffinitiones et divisiones locorum: et postea modi arguendi p singulos eorum: ut Petrus egit rectior: quā in hoc ipse Jacobum fecit: fuerit Stapulensem: cui ista forma visa est utilior: propter memorie vim maiorem in materia tā diffusa et varia: que multum iunatur ex rerū eandē repetitiōe. Incipiens igitur tradere modos arguendi dialecticos pcedit eo ordine quē tenuerat in diffinitionibus locorum. i. vniuersē modo arguendi suā addēdo maxime: in qua ut in sede firma ipse fundatur. Et quia iste maxime propter malū sensum eorum possent infirmari et apparere falsē: ideo autor in primis: ponit vnum dō cūmetum de inquirēdo vno sensu cuiuslibet maxime: et sepe obseruatis tribus conditionib;. Prima est: dicitur q; terminus inferens et terminus illatus: de quibus p dīcā

maxima enunciat: accipiuntur significatiue et psonaliter pro rebus ad quas fuerunt impositi: et non materialiter pro seipsis: alias maxime non esset vera: ut hoc. Quicquid dicitur de diffinitione: vere etiam dicitur de diffinito: non est vera: si diffinitio et diffinitio starent materialiter: non a. sequitur: animal rationale est diffinitio: ergo homo est diffinitio: nec sequitur: rationale est differentia: ergo homo est differentia: et simile est propum: ergo hō est propum. philosophus est nōmē grecum: ergo sapiēs est nōmē grecum: et ita de aliis. Secunda cōditio est: q; terminus qui p dīcātorum de diffinitione et de diffinito accipiat vniuersē: nam animal rationale ridet: et tamē homo non ridet quia nō ridet. Tertia cōditio est: q; non varietur appellatio rōnis aut formalis. Et p dīcātorum p dīcātorum: ut nō sequitur: cognosco animal rationale: ergo cognosco hominē. et cetera. Et p dīcātorum non sequitur: animal rationale est album: ergo homo est in albus: et cetera. Ad maxime generalis ad diffinitionem et de diffinitione. Quarta. De quocūq; vere affirmatur diffinitum: de eodem vere affirmatur et diffinitio. Tertia. Quicquid vere negatur de diffinito: idē vere negatur et de diffinitione. Quarta. De quocūq; vere negatur diffinitum: de eodem vere negatur et diffinitio. Et argumētationes iste sunt clarissime in eisdem duobus terminis: homo: et animal rationale. Et a descriptione autē ad descriptū: et e contra ab interpretato ad interpretatū: similiter modis fierent quatuor maxime argumētationes: quater neq; maxime in his duobus terminis: homo et animal rationale. Deniq; ab interpretatione ad interpretatū: et e contra ab interpretatione ad interpretatū: similiter modis fierent quatuor maxime argumētationes: quater neq; maxime in his duob; terminis: philosophus: et amator sapiētie. Hos tamen per locos a substantia pleriq; sepius confundunt propter eorum similitudinē: omnia huiusmodi argumētata vocantes a diffinitione vel a diffinito. Et per locū etiam a diffinitione pot intelligi locus a diffinitione specifiā: et p locum a diffinito locus a specie ad suam diffinitionem specifiā: Similiter p locū a descriptione pot intelligi locus a propria passione: et p locum a descriptione locus a subiecto ad propriam passionē. Eodem modo p locū ab interpretatione ad interpretatū et e contra: pot intelligi locus a synonymo ad synonymum: interpretatio et interpretatum accipiuntur psonaliter: et si illud quod eis conuenit aut discōuenit accipiat vniuersē: et eodem modo appellet in vtraq; propositione. Conuenit aliquid alicui in pposito est subiectū de vel predicandū de ipso veritatem: discōuenit vero est e contra q; eo negari. Et ista maxime gūali cleiuntur facile omēs maxime speciales ad huiusmodi locos pertinentēs. Locus itaq; a diffinitione ad diffinitum tenet constructiue et destructiue. affirmatiue et negatiue: et affirmatiue potest argui duobus modis: primo subiectiue: secundo p dīcādo diffinitionē et diffinitū. destructiue similiter pot fieri argumentum duobus modis: hoc est subiectiue vel p dīcādo diffinitionē et diffinitū: et ita a diffinitione ad diffinitū possunt quatuor modis fieri argumēta: et erunt quatuor eorum maxime confirmatiue. Primo affirmatiue et subiectiue: nec consequētia p locum a diffinitione ad diffinitum: maxima. Quicquid vere affirmatur de diffinitione: vere affirmatur de diffinito. Secundo affirmatiue et predicandū: Itē Petrus ē animal rationale: ergo Petrus est homo: val. t. consequētia p locum a diffinitione ad diffinitū. maxima. De quocūq; vere affirmatur diffinitio:

Caput quartum: de locis concomitantibus substantiam.

Ita locis intrinsecis a concomitantibus substantiam: non pot fieri vna maxime gūalis sicut data est in locis a substantia: quia isti termini nō sunt inter se conuertibiles: neq; de se iuicē verificabiles in recto sicut illi. In loco q; a toto in quantitate ad suā partē: et e contra: bimis modis argumētari possumus. I.

constructiue et destructiue. Primo a toto ad partem constructiue: ut omnis homo est risibilis: et aliquis homo est risibilis: destructiue: ut nullus homo est lapis: ergo aliquis homo nō est lapis: vtraq; consequētia tenet p locū a toto in quantitate ad partē eius: maxime. Quicquid attribuitur aut remouet totū in quantitate: idē attribuitur aut remouetur et parti eius. A parte vero ad totū in quantitate: etiam pot fieri argumētatio constructiue et destructiue. I. ab omnibus partib; simul acceptis: quia est inductio dialectica. Constructiue: ut iste homo est bipes: et iste homo est bipes: et ita de aliis: ergo omnis homo est bipes. destructiue: ut iste homo nō est lapis: et iste homo nō est lapis: et ita de aliis: ergo nullus homo est lapis. probatio consequētie p hanc maxime. Omne quod attribuitur aut remouetur omnibus partibus simul sumptis sub toto in quantitate: attribuitur aut remouet et suo toti. Cauet tamē faciēs inductionē: ne arguat a plurib; determinatis ad vna determinatam: quia hoc impedit inductionē: idē accidere solet in suppositione coaffinitatū: vtpote quādo fit inductio et parte predicati. In loco a toto vniuersali ad partē eius subiectiua argumētatio tenet solum destructiue: et hoc quando totum distribuitur sine a parte subiecti sine a parte predicati: ut nullū animal est: ergo nullus homo est: vel lapis nō est animal: ergo lapis nō est homo: consequētia tenet per hanc maxime. Quicquid remouetur vniuersaliter a toto vniuersali: idē remouetur a parte eius subiectiua. Locus vero a parte subiectiua ad totū vniuersale solum tenet constructiue: et hoc quando totū nō distribuitur sine a parte subiecti sine a parte predicati. vel homo ē ergo animal ē: vel Petrus est homo: ergo Petrus est animal: tenet consequētia p hanc maxime. Locus attribuitur p subiectiua sine subiecto sine predicando: idē attribuitur eodē modo et totum vniuersale. In loco a toto in modo ad suam partē: et e contra a parte in modo ad suū totum: sunt argumētationes dialectice penitē similiter sicut dictū est in toto vniuersali et parte subiectiua: quia a toto ad partē est arguendum destructiue: vel leo nō est homo: et non est homo albus: a parte vero ad totū in modo constructiue: ut Socrates ē homo albus: ergo Socrates est hō: maxime hoc argumētū confirmatiue sunt similis forme cum duab; pcedētib;. Locus a toto integrali ad suam partē: et e contra a parte ad totum: loquēdo de parte pncipali: tenet modis cōtrariis ad duos locos pcedētes: quia hic a toto ad partē est arguendum cōstructiue: ut si domus est: ergo partes vel tectum est: maxime: pposito toto integrali: ponitur et pars eius pncipalis: a parte vero ad totū locus tenetur destructiue: ut paries aut tectū non est: et domus non ē: maxime. Remota parte pncipali: remouet et totū integrale. Huius loco annectit locus a toto numerali ad partē eius: et e contra: et tenet constructiue a toto ad partem: ut tria sunt: ergo duo sunt: sed a parte ad totū destructiue: ut duo non sunt: ergo neq; tria. maxime sunt similis forme sicut pcedētes in toto et parte integrali. Annectitur etiam bis locus a toto collectivo ad suā partem constructiue: ut exercitus est: et miles est: e contra a parte ad totū destructiue: ut non est miles: ergo neq; exercitus. Ad maxime sunt similis pcedētib;. Locus quoq; a toto in tempore et a toto in loco ad suam partē

A pte ad totū

A toto vniuersali

A toto in modo

A toto integrali

Summū de verbis... Et cetera...



et contra a parte ad totum: annectit loco a toto in qua...

Scholium sine glossa.

Ad prima qua regulat argumentatio a toto in qua...

De sup ne destructivae. Non tamen auctor cautam obser...

Ad prima q ponit a toto univrsali ad parte...

Ad prima q ponit a toto univrsali ad parte...

Secunda pars de alijs locis a concomitantibus substantiam.

Ad teq venimus ad singulos locos in causis...

simis malis est ipsum quoq malum est. Hic loc' ma...

Ad te acci dicitur ad accidetibus tenet constructivae...

Solent auctores gñalia docume'ta pmittere specia...

vitro. sc. sed materia non pmanens prope non e ma...

Caput quintum de locis extrinsecis.

Huius generis locus extrinsecus: octo posuim'...

Triplex bonu.

3 4

Arclath uis.

Handwritten marginal notes in a cursive script.



vt Socrates est pater. Plato: ergo non est filius eius. marina. Si alicui subiecto conuenit vnū relatiue oppositorū: eidē non potest simul & eodem modo conuenire & reliquū. Dicitur notāter eodē modo. i. re spectu eiusdē: scilicet eodē modo: in eodē genere: cause. sine his enim conditionibus relatiue opposita bene possent simul verificari de eodem subiecto singulari. Primo respectu dicitur. vt Plato est filius Socratis: et est pater Aristotelis: ergo est simul pater & filius. Secūdo non secundū idem: quia Petrus est similis Joanni in colore: & dissimilis eidem in scientia: ergo similis & dissimilis etiam respectu eiusdem: hoc corpus potest simul esse equale illi in latitudine: & inaequale eidem in longitudine. Tertio non in eodem genere: causa: vt ambulat post eam est causa efficiens sanitatis: & est effectus eiusdē sanitatis in ratione finis. His ergo tribus conditionibus oppositis: marina p̄dicta est infallibiliter vera. Loc⁹ a contrariis vniuersaliter tenet destructiue: vt Joannes est albus ergo non est niger: est san⁹: ergo non est eger. marina. Contraria nō possunt simul eidē conuenire: At in contrariis immediate iste locus tenet constructiue cum constantia ratione subiecti: vt Joannes nō est san⁹: & Joannes ē: ergo est eger. marina. Contraria immediata nō possunt simul abesse eidem: scilicet. Loc⁹ a priuatiue oppositis tenet destructiue: vt Joannes est videns: & nō est cecus: & contra: est cecus: ergo non est videns. marina: impossibile est priuatiue opposita simul eidē conuenire. Constructiue autē tenet iste locus: nisi subiectū sit vnū in se susceptibile: & sit tempus detemina tum a natura: & ponatur constantia subiecti: p̄pter p̄mu: hoc consequētia non est bona: lapis non est cecus: ergo est videns: nec contra. propter secundū hoc argumentationē nō valet: iste catulus recēter natus non ē videns: ergo est cecus: iste puer octo dierum non ē loquens: ergo est mutus. propter tertium nō sequit⁹: Petrus non est videns: ergo est cecus. quia forte Petrus non est: debet ergo sic argui: Petrus adultē etatis nō est loquens: & Petrus est: ergo est mutus. marina. Necessē est priuatiue oppositorū alterū inesse subiecto susceptibili post tēp⁹ a natura determinatū: si ipsum subiectū sit: quia inter priuatiue opposita non est dare mediū positū. Loc⁹ a contradictoriis tenet inuis tenet constructiue & destructiue respectu cuiusque subiecti. & in quolibet tēpore: vt lapis nō ē homo: ergo nō ē homo: & contra. Joannes ē animal: ergo non ē non animal. marina. Impossibile est duo contradictoria eidē simul inesse: aut simul non inesse: quia inter contradictoria nullatenus potest dari mediū. nec positium nec negatiuum. Loc⁹ a disparatis tenet solū destructiue sicut loc⁹ a contrariis: vt Antonius ē homo: & non est lapis. marina. Quicquid conuenit vnū disparatoz: ab eodē remouetur & reliquū: quia eidē nullo modo possunt ambo inesse. Loc⁹ a maiori ad minus solū tenet destructiue: hoc tribus modis. Primo comparando idē predicatū ad duo subiecta: vt vir non potest eleuare a terra lapidē melarē: ergo nec puer hoc poterit. Secundo comparandū idē subiectū ad duo predicata: vt Petrus non potest portare sup se pondus quinquaginta librarū: ergo non poterit portare pondus centum librarū. Tertio comparando duo subiecta ad duo predicata: vt rex non potest expugnare villā: ergo co-

A con trarijs

A priuatiue

A contra dicto rijs

A dispa ratis

A maio ri

mes non poterit expugnare urbē. marina. bonū p̄ba nua ē. Si quod magis videretur esse non est: nequid quod minus erit. Loc⁹ a minori ad maius solū tenet constructiue: & hoc tribus modis p̄dictis arguēdo in eidē crepulis ordine contrario: vt puer hoc potest: ergo & vir hoc poterit. Petrus potest in cētū: ergo poterit in quinquaginta: comes potest in urbē: & rex poterit in villam. marina. Si id quod minus videretur esse est: & id quod magis erit. Loc⁹ a simili tenet constructiue & destructiue p̄ maximam. De similibus idē est iudiciū: vt Socrates est risibilis: ergo & Plato: Petrus non mouet aures: ergo nec Joannes: & ille modus arguēdi est crepulum dialecticū. Loc⁹ a proportione tenet: quando inter similia arguitur cū illa particula: sicut se habet: & tenet constructiue & destructiue p̄ hanc maximam. Proportionalitatis idē est iudiciū: sicut se habet rector: nautis ad nauē: ita debet habere rector scolarū ad scholas: inde constructiue subsumit: sed rector nautis ē eligēdus propter peritiam nauigandi: rector scolarū ē eligēdus propter scientiam legēdi. Destructiue: sed rector nautis non ē eligēdus. Sotte: ergo nec rector scolarū ē eligēdus forte. Loc⁹ a proportionalitate p̄ eundē maximam tenet constructiue & destructiue: vt sicut octo ad quatuor ita tria ad tria: ergo sicut octo ad sex: ita quatuor ad tria. inde constructiue subsumitur: sed octo ad sex ē proportio sesquialtera: ergo quatuor ad tria est etiam proportio sesquialtera: destructiue: sed octo ad sex non est dupla proportio: & nec quatuor ad tria: & hoc vocatur p̄mixta proportionalitas: quia sepius vtiuntur philosophi in naturalibus atq; etiam in moralibus. Loc⁹ ab autoritate solū tenet constructiue: vt Aristoteles ponit tātū decem predicamēta discipulū incompletorū: & tantū decem ex parte arte credendum ē. Loc⁹ a transumptione vel methaphora tenet constructiue & destructiue: vt lup⁹ ē animal fraudulentū: & hypocrita ē homo fraudulentus. item: agnus nulli ē nocuus: & humilis nulli est nocuus. marina. Quicquid attribuitur aut remouetur alicui sub nomine proprio: attribuitur aut remouetur eidē sub sua methaphora: & eodē. Loc⁹ ab appositione aut remotione tenet solū constructiue: vt aqua apposita sibi calce fit alba: cum prius nō esset alba: ergo calce est alba. Itē si ab aqua alba ablata calce remanet non alba: ergo calce erat alba. marina. Quādo aliquo apposito: alterū de non tali efficitur tale: vel eo ablato de tali fit non tale: illud appositū vel ablatum erat tale: & contra.

Scholium siue glossa.

Quamuis ad propositū de locis ab oppositis non multū faceret relatiuorū proprietates declarare in hoc loco: autor tamē propter doctrine certitudinē voluit et illis dicere locos dialecticos a correlatiuis: p̄ p̄p̄ones de subsistēdo: q̄ sunt de se secundo adiacēte vel de subiecto transcendēte: vel p̄ p̄p̄ones accidentales de se tertio adiacēte: & hec magis ex p̄posito declarata sunt in tertio huius libello in capite de adaliqd: sed si bñ notētur isti modi arguēdi: magis vidēt̄ ee loci intrinseci q̄ extrinseci: & adhuc loci a substantia: quia vnū relatiuorū diffinitur p̄ alterum: & contra. Sed p̄ relatiue oppositis & pro omnibus alijs oppositis: imo & p̄ disparatis: potest dari vna maxima generalis hec:

Impossibile est opposita aut disparata simul eidē conuenire. vnde si alicui conuenit vnū eorum: ab eodē remouetur & reliquum. Loc⁹ a maiori ad minus & contra: a minori ad maius: satis expressi sunt in litera autoris. Loc⁹ a simili idem est quod ab equali. i. quod nec maius nec minus apparet esse verum: & propterea dicitur autor q̄ hic locus est ad faciendam argumentationē q̄ dicitur exemplum dialecticū: quod pertinet ad scientias speculatiuas: & fundatur in similitudine naturali specifica vnus rei ad alterā: vt patet in exemplis positus in litera: sed exemplum rhetoricū quod pertinet ad morales: fundatur in similitudine moralis bonitatis aut malicie ad alterum. Differentiam loci a simili: a loco: a proportione: aut tot ponit penes illam particulam: sicut se habet hoc ad illud. &c. que non ponitur in loco a simili. Unde Petrus Hispanus antiquior hanc differentiam non bene intellexit: nam si bene notentur eius exempla: ea que ponit in loco a simili: pertinent potius ad locum a proportione. De loco a proportionalitate plura diximus supra in commentario secundi capitis parte secunda: & hoc sepe vtuntur philosophi in naturalibus: quando disputant de comparatione motuum in velocitate & tarditate: & in moralibus quando comparant merita & p̄mia secundum iusticiam distributiuam. Loc⁹ ab autoritate ideo non tenet negatiue: quia vnus doctor quantumcūq; sit sapiens: non scit oēs veritates sue sciētie: quia hoc solius dei est: vñ nō sequitur. Aristoteles in sua physica non posuit motū fieri in vacuo: & non potest hoc fieri: quia licet hoc non sit possibile secundum potētiam naturalem (quam solam ipse cognouit) tamen est possibile per potētiam diuinam supernaturalem: imo quando locus ab autoritate arguit constructiue: est debilissima probatio inter oēs locos dialecticos: quia non omnia q̄ vn⁹ doctor dicit sunt vera: quia vulgo dicitur: q̄ quandoq; bon⁹ docuit Aristoteles. Inter locū a transumptione & a nominis interpretatione differentia clarissimam scripsi mus in commentario secundi capitis. Loc⁹ ab appositione & ablatiōe: Aristoteles magis explicat in moralibus q̄ in naturalibus: vt de adiunctione hōis boni cum malo: vel eodē. quia inde alter eorum ex malo fit bonus: aut ex bono melior. & contra. ex bono fit mal⁹: aut ex malo peior: iuxta illud psalmi. Cū sancto sanctus eris: & cum p̄uerso p̄uerteris.

Caput sextum: de locis medijs.

Quid sit locus medius: & quare sic dicit⁹: vñ sum est superius. Eius quoq; tres posite sunt spēs. Prima dicebatur locus a coniugatis siue a concretis & abstractis: & tenet constructiue & destructiue: vt iusticia est virt⁹: ergo iustus est virtuosus aut studiosus & eodē. marina. Si abstractū de abstracto essentialiter predicatur: & concretum de concreto etiā predicabitur essentialiter: contra etiā: si concretum de concreto & abstractū de abstracto. itē eburnetas non est virtus: & eburnitas non est virtuosus: & contra. marina. Si abstractū remouet ab abstracto: & concretū debet remoueri a concreto: & contra. Loc⁹ a casibus similiter tenet constructiue & destructiue: vt iustus est bon⁹: & quod iustus sit bñ sit. itē iniustus nō est bon⁹: ergo quod ini-

ste sit nō bene sit. marina. Si principale de principali vere affirmat⁹: aut negat⁹ similiter & casus de casu. Loc⁹ a diuisione generaliter tenet solū constructiue: vt albius est predicabile de hōie: & non est ei genus: nec species: sicut nec differētia: nec propriū: ergo est ei predicabile accidēs: consequētia tenet a sufficienti diuisione. marina. Si diuisum de aliquo verificet⁹: & omnia membra excepto vno remoucantur ab eodē subiecto: membrum remanens de illo verificabitur. Si tamē diuisio esset bimedbris: siue data p̄ affirmationē & negationem: siue alio modo: locus iste posset tenere constructiue: & destructiue ab vno membro ad alterum: sicut loc⁹ a contradictoriis vel a contrariis immediatis: vt partium orationis q̄dam sunt declinabiles: alie non declinabiles: sed nomen est pars declinabilis: & non est non declinabilis: aduerbium est pars orationis non declinabilis: & non est pars declinabilis: & contra: nisi in malum aliud rationale: aliud irrationale: sed hō quis est animal: est rationale: & non ē irrationale: & contra: non est irrationale: & est rationale animal. Hec sufficiant de locis dialecticis.

Scholium siue glossa.

Ea que autor dicit de loco a coniugatis: fundamētum habent in tertio capite tertij libelli hui⁹: vbi disputatum est de numero predicamentorū: & inter alia dictum est: q̄ in quolibz nouem predicamentoz: accidētium oportet intelligere duo ad minus predicamenta: alterum abstractoz: & alterum concretoz: & correspondent libiipsis ḡna & spēs vtriusq; predicamēti: hoc expressē docuit ipse Aristoteles in predicamēto qualitatis dicens. Qualia vero dicunt⁹: q̄ secundū hec denotatiue dicunt⁹. ergo sicut iusticia est spēs sub virtute: ita iustus est spēs sub virtute: valz & consequentia a cōcreta ad abstracta: & contra: si predicaciones sint essentialis. Loc⁹ a casibus: prope fit inter eonereta & aduerbia ab eis deriuata: vnde concretū dicitur principale: & aduerbium dicitur casus: quia cadit siue deriuatur ab eo: & eadē est ratio hui⁹ loci sicut & p̄cedētis: quia etiam sunt predicamenta in aduerbijs sicut in nōibus concretis & abstractis. In loco a diuisione rō p̄me marine: q̄ est generalis ad omnem diuisionem: ē dictū Aristotelis in 2. lib. topicor. oē ingt quod ē in ḡne: est in aliq̄ ei⁹ specie: & oē quod ē in aliq̄ specie ē in aliq̄ eius indiuiduo: oportet q̄ si diuisum predicat⁹ de aliquo subiecto siue predicatio illa sit essentialis siue accidentalis: quod aliquod membrum eius predicetur de eodē. Negatis igitur alijs membris: oportet q̄ membrum remanēs vere dicat⁹ de illo subiecto. Hec regula vt ē Aristoteles in predicamento substantie: vbi probat q̄ omnia alia sunt in p̄mis substantijs aut dicitur de illis: dicēs: si animal est in hōie: ergo in aliquo hōie: & si color est in corpore: ergo in aliquo corpore. Loc⁹ a diuisione etiam tenet in diuisionibus equiuocorum & in diuisionibus per accidens. de qb⁹ non sunt posita exempla.

Sexti libelli summularum finis.

Handwritten marginal notes in a cursive script, including the word 'Summularum' and other illegible text.



Septimus libellus

de argumentationibus falsis contra demonstrationem dialecticam habet capita decem.

Caput primum de syllogismo ignorantie contrario demonstrationi.

Sicut due posite sunt argumentationes probetive vere demonstratione: & dialectica pbatio: ita etiam due sunt argumentationes probetive false eis opposite: nam demonstrationi que est syllogismus scientie: opponitur syllogismus ignorantie: dialectico autem syllogismo opponitur falligrapbus ac sophisticus syllogismus: de quo hic tade age...

Syllogismus ignorantie.

Dupliciter ignorantia.

Ignorantia simpliciter & composita.

Ignorantia composita.

quibus genus enunciat de sua proxima specie sub se posita: ut omnis homo est animal. vel tertio ille in quo ipse aut differentia predicatur de altera specie vel differentia concludente secum aliquod genus: ut nullus homo est brutus: nullum rationale est irrationale: nulla albedo est nigredo. **Propositio mediata** contra dicitur illa: inter cuius extrema potest dari medium: quo predicatum concludat de suo subiecto affirmative aut negativiter: & huiusmodi sunt. **Proposiciones quarum extrema sunt species vel differentie sub generibus** posite in diversis coordinacionibus: aut saltem alterum eorum: ut homo non est albedo: substantia non est scientia: qualitates non est lapis. **His** premissis ponamus varios modos syllogismorum ignorantie: quorum conclusiones semper sunt falsae. **Si ergo prima regula.** **Propositio** generalis affirmativa falsa: si fuerit immediata: tribus modis potest syllogizari. **Scilicet** vel ex ambabus premissis in totum falsis: vel ex ambabus in parte falsis: vel ex una sola premissa falsa siue sit maior siue minor: quoniam possit esse aliqua propositio generalis affirmativa falsa: imediata: patet ex lege contrarietatis: proponimus quod non possunt ambae simul esse vere: constat autem esse propositio universalis negativam immediatam veram: ut nulla substantia est qualitas: ergo sua contraria universalis affirmativa erit immediata & falsa: hoc omnis substantia est qualitas. Dicitur autem propositio universalis affirmativa in totum falsa: quando omnes eius particulae sunt falsae: in parte autem est falsa: quando aliqua eius particulae: & non omnes sunt falsae. Cum ergo propositio universalis affirmativa: non possit syllogizari nisi ex ambabus premissis universalibus affirmativis: ille possunt tripliciter variari in veritate & falsitate: nam ista conclusio: omnis substantia est qualitas: per hoc medium corporei syllogizatur ex ambabus in parte falsis: per hoc autem medium ens per se syllogizatur ex maiori falsa & minori vera: & per hoc medium scientia contra maior erit vera & minor falsa. **Secunda regula.** Universalis negativa immediata falsa: potest syllogizari in prima figura etiam tribus modis: ut nec nullus homo est animal: per hoc medium equum: syllogizatur ex ambabus in totum falsis: sed per hoc medium lapideum maior erit vera & minor falsa: per hoc autem medium risibile: maior erit falsa & minor vera. **Tertia regula.** Eadem universalis negativa immediata falsa in se est eadem figura etiam tribus modis: potest syllogizari: nam per hoc medium albuu crunt ambe premissae falsae: in quocumque modo eius arguatur: sed per hoc medium sensitivum in cesare maior erit falsa & minor vera: in camestres contra: per hoc autem medium lapis: in cesare minor erit falsa: & in camestres maior falsa. **Quarta regula.** Universalis negativa mediata falsa in prima figura per medium propositum: similiter per medium accidentale non extraneum: non potest syllogizari ex ambabus premissis falsis: sicut autem per medium extraneum. **Medium propositum est medium eiusdem coordinacionis:** cum extremitatibus. **Medium accidentale est terminus alterius coordinacionis:** verificabile tam de minori extremitate. **Medium extraneum est quod remouet ab extremitatibus precipue a minori extremitate:** ut hec conclusio: nullus homo est substantia: per hoc medium animal: vel per risibile syllogizatur ex ambabus falsis: si tamen medium esset extraneum ab utraque extremitate: ut

teret albedo: sola minor esset falsa. **Quinta regula.** Eadem universalis negativa mediata falsa in secunda figura: ut ambabus falsis: vel ex altera tantum falsa: habet illamnam per hoc medium lapis in cesare: & per risibile in camestres: ambe premissae essent falsae: sed per hoc medium ens in cesare sola maior esset falsa. in camestres sola minor falsa. per hoc autem medium albedo erit oppositum: nam in cesare sola minor esset falsa: & in camestres sola maior. **Sexta regula.** Universalis affirmativa mediata falsa: per medium propositum vel per accidentale non extraneum: non potest syllogizari ex ambabus premissis falsis: sed oportet minimum esse veram: sed si medium esset extraneum a sola una extremitate: tunc contra maior esset vera & minor falsa. Si denique medium esset extraneum ab utraque extremitate: tunc ambe premissae essent falsae: ut hec conclusio: omnis homo est color: per hoc medium animal vel bipes: maior esset falsa & minor vera: sed per hoc medium albedo maior esset vera & minor falsa: per hoc autem medium scientia ambe premissae essent falsae. **De alijs vero generibus** propositio eorum saltem: puta de particularibus aut indefinitis: sine affirmativis siue negativis: nulle hic ponuntur regule: quia omnis propositio demonstrativa est universalis tam vera quam falsa: & syllogismus ignorantie in eisdem propositioibus habet fieri in quibus & syllogismus scientie.

Scholium siue glossa.
Per hoc dicitur autor summularum ab Aristotele agens de falsis argumentationibus: quod ille syllogismos ignorantie pertractavit in libris posteriorum: qui sunt de syllogismis scientie: sed syllogismos sophisticos contrarios dialecticis in alio opere secusmodi post libros topicorum declaravit: ille vero verosque errores syllogismorum in eodem hoc libello separando compilavit: nam declaratio syllogismorum ignorantie adeo brevis & concisa est: ut libellum seorsum implere non sufficiat: quam iste autor hoc unico primo huius libelli capite satis plene absolvit reliqua autem sequentia capita distribuit in syllogismos sophisticos. **Diffinitionem** syllogismi ignorantie diffinitive ponit: per hoc quod procedit ex premissis falsis contra: Aristoteles in primo libro phisicorum super quadratura circuli: in qua duo philosophi errabant predictis duobus modis: nam alter eorum fundabat probationem suam super hoc principio: quod linea non est divisibilis in infinitum: quod est falsum & contrarium vero principio geometrico: alter super hoc principio: linee ducte ab eodem puncto ad idem punctum sunt equales: quod non est verum nisi in lineis rectis: & tamen ipse hoc intelligebat de quibuscumque lineis: & sensus est falsus. **Utraque** ergo probatio erat syllogismus ignorantie: non enim sententia sed ignorantie dispositionis. **Ad** huius declarationem ponit Aristoteles distinctionem duplicem ignorantie: quarum altera dicitur ignorantia puationis aut negationis. **Scilicet** quis nequit scire: & quis scire contrarium: sed neutro

Ignorantia puationis.

modo se habet: ut ille qui nunquam audivit geometriam: aut aliquam scientiam: altera est ignorantia dispositionis: quae est habitus vel dispositio contraria scientie: quia est error: ut quando quis assentit propositioi falsae: vel dissentit propositioi vere: & sic error potest contingere duobus modis. **Primo** sine ratione: ut quando ex propria phantasia & inere liber e vult assentire falso aut dissentire vero nulla ratione persuasus: sed solum quia hoc sibi placet: & hanc Aristoteles vocat ignorantiam simplicem: quia simpliciter & vno modo contingit. **Secundo** beneplacito hominis. Alio modo concipitur iste error ex aliqua ratione falsa: quia homo deceptus assentit falso aut dissentit vero: & hec dicitur ignorantia composita. **Multipler** est ignorantia: quia multis rationibus potest homo deceptus concipere errorem. Ergo syllogismus ignorantie non dicitur ignorantie pure negativae: nec ignorantie simplicis dispositionis: quia ille non causatur per syllogismos: sed dicitur syllogismus ignorantie dispositionis: quia multis modis potest causalari falsus error. **Ad** hoc beneplacitum & oes illos modos sub regulis artis: ponit autor distinctionem propositioi universalium (quae sole possunt esse conclusiones demonstrationis syllogismi ignorantie) nam quidam earum sunt propositioes immediae: alie vero mediate. **Proposiciones immediae** triplices declarat. **Primo** sunt quae generalissimum enunciat de altero generalissimo: nam illa duo sunt primo diversa & seipsas differunt. **Alie** sunt illae in quibus genus quoddam enunciat de specie vel differentia proxime sub eo coordinate: quia inter ea nihil mediat. **Tertio** propositioes immediae sunt illae in quibus species vel differentie vel quaecumque alia membra simul concluduntur aliquod genus de se ipsis enunciantur: quia etiam inter illa non est dare medium: & in huiusmodi propositioibus nihil refert si sint affirmativae vel negativae: vere aut falsae: quia affirmativa & vera est immediata: ut omnis passio est actio: ita etiam negativa aut falsa ei opposita erit immediata: simile dictum est super de materijs propositioi naturalit: contingente: & remota in libello primo huius: capitulo quinto: nam in quacumque materia est una oppositarum: in eadem materia est & altera: ut omnis homo est animal: & nullus homo est animal: & similiter in hoc loco si una earum est immediata & reliqua. **Contra** vero propositio mediata est illa inter cuius extrema potest dari medium unum vel plura: ut homo est substantia: homo non est albedo: vni etiam iste propositioes mediate possunt esse triplices: vel quando subiectum propositiois est genus generalissimum & non predicatum vel te tripliciter contradictoriatu & non subiectu: vel quando neutrum eorum. **Quia** ergo in syllogismo ignorantie semper conclusio universalis est falsa: ad videndum oes modos huiusmodi syllogismorum: autor ponit sex regulas generales. **Prima** earum & ultima sunt de universali affirmativa falsa. **De** immediata & de mediata: quatuor medie regule oes sunt de universali negativa falsa: etiam immediae: & de mediata. **Et** regule iste omnes sunt clare in litera autoris si earum creptia declaraverimus magis explicitate. **Haec** propositioes omnes substantia est qualitas: creptio mediae: est universalis affirmativa immediata falsa ad eam syllogizandam tribus modis potest fieri syllogismus ignorantie. **Primo** erit ex amobus in totum falsis: ut omnis chimera est qualitas: omnis substantia est chimera: & omnis substantia est qualitas. **Secundus** erit ex ambabus in parte falsis: ut omne corporeum

Ignorantia simpliciter & composita.

Proposiciones immediae triplices.

Mediate tripliciter.

pbistica ponitur qdam maxime false: que tamen ap- parent vere: et dicitur loci sophistici: quahs est ista co- munitas ad omnes fallacias in dictione: Ubicq; pfer- tur vna dicitio vel vna oratio: sibi est vna tantu signifi- catio: et sub ista ponitur alie maxime speciales in sin- gulis fallacijs. Dicitur fallaciarum in dictione et extra dictionem: sano modo est intelligenda: quia omnis fallacia immo et omnis disputatio est in dictionib; sed illa prepositio in. debet accipi pro. a. vel ab. quia quedam fallacie habent causam apparentie ab ipsa dictione: id est a sermone. alie vero non a dictione sed a significatione et a re ipsa habent causam apparentie: et ansam vt decipiant. In fallacijs q dicunt in dictione: hoc commune est q vna dicitio vel oratio plura significat. vnde et sermo dicitur multiplex: et declarat triplex multiplex: actuale: potentiale: et pbantasticu. Dicitio est vna secundum materiam: quando non mutat aliquam litera aut syllabam: et oratio no mu- tat aliqua dictionem: Sed vna forma est vnus modus plationis eius: diuersa forma quando mutat mod; p- lationis: vt quando mutat dictionis accent; aut quan- titas alicuius syllabe: aut etiam ponit vel tollit et aspiratio. similiter q; mutat punctatio vel pausa orationis. In multiplex q actuali dicitio et oratio quam- vis mutet significationem: non mutat tamen materia aut formam suam: sed manet penit; eade; vt canis eisdem literis et syllabis eode; accentu quo significabat can- ne terrenu; postea significat canem celestem aut marinu. et liber Aristotelis eisdem literis: syllabis: et dictionibus eade; pausa vel punctatione: qua significabat libru ab Aristotele editu; postea significat libru ab Aristotele possessum. Sed multiplex potentiale quis no mutet materia: mutat tamen formam ab vno significato ad al- teru; vt populus si ponat accentus in prima syllaba: significat congregationem bonorum simul habitan- tium. si autem eius accentus ponatur in secunda syl- laba: significat virgultu quod nascit ex terra. et amo si ne aspiratione est verbu; et cu aspiratione est nome in frumenti quo pisces decepti capiunt. et oratio illa: qe quid vniut semp est: si pausa fiat post verbu vniut est falsa: quia non omne viuens erit semper: si autem pau- sa fiat post aduerbium semper: est vera: quia semper viuens vt deus: est: fuit: et erit. Multiplex pbantasticu non est vere multiplex nec plura significat: nec mutat materia nec formam: sed ex similitudine eius ad alia dictionem in aliquo accidente: quis decipitur attri- buens ei alterius similis alteru accidens in quo non assimilatur ei: vt inferius apparebit in suis lecis. Tandem dicitur auctor de singulis fallacijs in spe- cie ponit ordinem in eis: q; prius est dicitu de fallacijs in dictione q; de alijs: quia p istas hnt frequentius so- pbismata et deceptiones q; p alias. Et inter fallacias in dictione pus d illis q peccat penes multiplex actua- le: quia illud est magis vnum q; multiplex potentia- le: et hoc magis q; multiplex pbantasticum seu ap- parens solum.

Caput tertiu: de fallacijs equocatio- nis et amphibologie.

Primam fallaciaru equocatione posuit Aristote- les: eo q sit publicissimus loc; ad decipiendum: na inter mille boies vix vnus euadit qui non decipi-

